





FORMULARIUM
V S
INCUNABULI
E
6
42
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









N.2°

Aemilij, Lucij Collon.

Tabula huius libri.



¶ De confessione.

¶ De compulsoriis.

¶ Nominatio.

¶ Notarius.

¶ Obligatio.

¶ Officialis.

¶ Ordo.

¶ Passus.

¶ Permutatio.

¶ De pn̄tatione.

¶ De processibus.

¶ De processibus annexionū.

¶ Processus ꝯcessionum.

Finis huius tabule.

¶ Absolutio simpliciter vel ad cautelam vigore commissionis apostolice ab excõicatione lata ob non solutionem pecuniarũ.

MArtinus dei ⁊ apostolice sedis gratia Epũs Auinionen̄. Judex et cõmissarius vnicus ad infrascripta a dño nr̃o papa specialiter deputatus. Uniuersis ⁊ singulis dñis abbatibus prioribus prepositis decanis archidyaconis scolasticis cantoribus custodibus thesaurariis sacristis tam cathedraliũ q̃ȝ collegiatarum canonicis parrochialiũq; ecclesiarũ rectoribus seu locatenen̄ eorundem plebanis viceplebanis capellanis curatis ⁊ non curatis vicariis perpetuis altaristis ceterisq; presbiteris clericis notariis ⁊ tabellionibus publicis quibuscunq; per almam vrbem ⁊ eius districtum necnõ Ebredunen̄. ⁊ Vapincen̄. ciuitates dioceses ⁊ al's vbilibet constitutis ⁊ eorum cuilibet insolid' illiq; vel illis ad quem vel ad quos p̃ntes nostre lr̃e peruenerint. Salutẽ in domino ⁊ p̃ntibus fidem indubiam adhibere nostrisq; huiusmõi imo uerius apostolicis firmiter obedire mãdatis. Noueritis q̃ nuper Sanctissimus in xp̃o pater ⁊ dominus nr̃. d. Sixtus diuina prouidentia papa quartus quandam ꝯmissionis siue supplicationis papiri cedulam nobis per certum suũ cursorem presentari fecit quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus hmõi sub tenore. Dignetur sanctitas vestra ⁊c. Jn fine vero dicte ꝯmissionis siue supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori littere ipsius cedule penitus ⁊ omnino dissimili ⁊ diuersa hec verba videlȝ de mãdato. d. n. pape ⁊c. Post cuius quidem ꝯmission̄ siue supplication̄ cedule p̃ntationem ⁊ receptionem nobis ⁊ per nos ut premittitur factas constitutus coram nobis venerabilis vir dñs Johannes de castro rector parochialis ecclesie sancti Johannis de Salinis dicte Vapincen̄ diocesis principalis principaliter pro seipso citra tamẽ quorumcunq; procuratorꝝ suorꝝ per eum hactenus forsan constitutorꝝ reuocationem ⁊ se a quibuscunq; sentenciis ⁊ censuris ecclesiasticis in eũ per bo. me. dominum Johannẽ de Cesarinis curie causarũ camere apostolice generalem dũ vixeret Auditorem ipsius locumtenentem ac suos in audien̄ hmõi officio successores ad honorabilium virorꝝ Jacobi de Spinellis et sociorꝝ mercatorum Roman̄ curiam sequen̄ instantiam ob non solutionem quarumcunq; summarũ pecuniarum per ipsum. d. Johannẽ principalem tam suo proprio q̃ȝ fideiussorio nominibus debitarum habitarum ⁊ perceptarum quomodolibet latis ⁊ promulgatis simpliciter vel ad cautelam iuxta ⁊ scd̃m preinserte nobis facte ⁊ presentate ꝯmissionis vim formam ⁊ tenorem absolui seq; ꝯmunioni fidelium ecclesiasticorꝝ sacramentorũ perceptioni ⁊ sancte matris ecclesie vnitati restitui per nos debita cum instan̄. humiliter postulauit. Offerens nihilominus se paratum de stãdo iuri ⁊ sancte matris ecclesie nostrisq; imo uerius apostolicis parẽdo mandatis. Nos tunc Martinus ep̃us iudex ⁊ ꝯmissarius prefatus attenden̄ postulationem hmõi fore iustam ⁊ cõsonam rationi. quodq; sancta mater ecclesia nemini claudit gremium ad eam recurrenti ⁊ veniam postulanti p̃nominatũ



dn̄m Johannem principalem coram nobis ut p̄fertur personaliter constitutum instantem ⁊ flexis genibus humiliter petentē ab omnibus ⁊ singulis excōicationis suspensionis ⁊ interdicti aliisq; sentenciis ⁊ censuris ecclesiasticis in eū ut p̄mittitur ad prefatoꝝ Jacobi ⁊ socioꝝ instañ quomodolibet latis et promulgatis de eoꝝ unanimi ⁊ exp̄sso ad hoc interueniente consensu absoluendum duximus ⁊ absoluimus in forma ecclesie cōsueta ip̄mq; cōmunioni fidelium participationi ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ ⁊ sancte matris ecclesie unitati restituimus prout absoluimus ⁊ restituimus eundem per p̄sentes. recepto tamē primitus ab eodem. d. Johanne principali ad mandatum nr̄m ⁊ in nostris manibus tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iuramento de stando iuri ⁊ sancte matris ecclesie atq; nostris ymo verius apostolicis parendo mandatis. iniuncta inde sibi pro modo culpe penitentia salutari. Que omnia ⁊ singula vobis omnibus ⁊ singulis supradictis ⁊ vestrum cuilibet intimam⁹ insinuamus ⁊ notificamus ac ad vestram ⁊ cuiuslibet vestrum noticiā deducimus ⁊ deduci volumus per p̄sentes. vosq; nihilominus ⁊ vestrum quemlibet insolidō auctoritate ap̄lica nobis commissa et qua fungimur in hac parte tenore presentium requirimus ⁊ monemus primo secundo tertio ⁊ peremptorie ꝯmuniter ⁊ divisim ac vobis ⁊ vestrū cuilibet insolidum in virtute sancte obedientie ⁊ sub excōicationis pena quam in vos ⁊ vestrum quemlibet canonica monitōne premia ferimus in his scriptis nisi feceritis que vobis in hac parte cōmittimus et mandamus districte precipiendo mandañ. quatenus statim receptis presentibus. et postq; pro parte dicti dn̄i Jo. principalis desuper vigore presentiū fueritis requisiti seu alter vestrū fuerit requisitus. ita tamen q͛ in his exequendis unus vestrum alterum non expectet nec unus pro [illegible]o se excuset eundem. d. Jo. principalem sic ut p̄mittitur per nos absolutū singulis diebus dominicis ⁊ festiuis in vestris ecclesiis monasteriis ⁊ capellis infra missarum ⁊ aliarum diuinarū horarum solennia dū ibide[illegible] populi multitudo ad diuina audienda seu al's fuerit congregata ⁊ al's ubi quando ⁊ quotiens expediens fuerit ex parte nostra ymo veri⁹ apostolica publice alta ⁊ intelligibili voce absolutum ⁊ restitutū nuncietis ⁊ ab aliis quantū in vobis fuerit publice nunciari faciatis ⁊ mandetis. quem nos etiam sic absolutum ⁊ restitutum nunciamus per p̄sentes. Absolutionem vero omnium ⁊ singuloꝝ qui p̄fatam nostram excōicationis sentenciam incurrerint siue incurrerit quoquomodo nobis uel sup̄iori nostro tantūmodo reseruamus. In quorum omniū ⁊ singulorum fidem ⁊ testimonium premissoꝝ presentes litteras siue presens publicum instrumentū absolutiōem nostram huiusmōi in se cōtineñ siue continens exinde fieri ⁊ per notarium publicum infrascriptū subscribi ⁊ publicari mandauimus. sigilliq; nostri iussimus ⁊ fecimus appensioñ cōmuniri. Actum ⁊ datū Rome in domo nostre solite resideñ. Sub anno a natiuitate dn̄i Millesimoquadringentesimoseptuagesimosexto. Indictione nona die vero. xxiiii. mensis Octobris. Pontificatus prefati Sanctissimi domini nostri pape Anno sexto. p̄sentibus ibidem discretis viris dominis. a. ⁊ b. testibus ad

premissa vocatis specialiter ꝛ rogatis.

Absolutio similis pro absente per procuratorem presente ex aduerso principali ꝛ consentiente.

MArtinus dei ꝛ aplice sedis gratia Epus.n.ꝛc. ut in prima forma cum insertione cõmissionis usqꝫ POST cuiusquidẽ commissioñ siue supplicatioñ cedule presentatõem ꝛ receptionem ꝛc. fact. constitutus coram nobis prouidus vir magister Nicolaus de Parma in Ro.cu.causarum ꝛ honorabilis viri dñi Petri de monte principalis in preinserta nobis facta ꝛ presentata ꝑmissionis siue supplicationis cedula principaliter nominati procurator prout de sue procurationis mandato coram nobis extitit legitime facta fides. Et dictum dominum Petrum eius principalem in personam sui a quibuscunqꝫ excõicationis suspensionis ꝛ interdicti aliisqꝫ sententiis censuris ꝛ penis ecclesiasticis siquas forsan occasione premissoꝝ in dicta commissionis siue supplicatioñ cedula narratorum incurrerit simpliciter vel ad cautelam iuxta ꝛ scđm preinserte nobis facte ꝛ presentate commissioñ vim formam ꝛ tenorem absolui ipm̃qꝫ cõmunioni fidelium ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ participatõni ꝛ sancte matris ecclesie vnitati restitui per nos debita cum instañ postulauit. Offerens se nihilominus pro dicto principali suo paratum de stando iuri ꝛ sancte matris ecclesie nostrisqꝫ huiusmodi ymo uerius apostolicis parendo mandatis. Nos tunc Martinus epus iudex ꝛc. attendeñ postulationem huiusmodi fore iustam ꝛ consonam rationi. et ꝙ sancta mater ecclesia nemini claudit gremiũ ad eam recurrenti ꝑnominatum dominũ Petruꝫ principalem licet absentem in ꝑsonam dicti magistri Nicolai procuratoris sui coram nobis ut ꝑfertur propterea personaliter constituti instantis ꝛ id flexis genibus pro dicto.d. Petro ꝑncipali suo humiliter fieri peteñ. ab omnibus ꝛ singulis excõicationis suspẽsionis ꝛ interdicti ac aliis sentenciis cẽsuris ꝛ penis ecclesiasticis siquas forte ut ꝑmittitur premissoruꝫ occasione quomodolibet incurrerit de honorabilis viri dñi Roberti.n.clerici.n dioc. ex aduerso principalis ibidem presentis voluntate ꝛ expresso consensu asserentis etiam sibi per dictum dominũ Petrum ex aduerso principalem ad plenum fuisse ꝛ esse satisfactum prout in quodaꝫ publico instrumento coram nobis exhibito vidimus contineri absoluendum duximus ꝛ absoluimus in forma ecclesie consueta ipsumqꝫ dominuꝫ Petrum principalem licet absentem in personam dicti sui procuratoris cõmunioni fidelium participationi ecclesiasticorũ sacramentoruꝫ ꝛ sancte matris ecclesie restituimus vnitati prout absoluimus ꝛ restituimus eundem per presentes. Recepto tamen primitus ab eodem procuratore nomine quo supra procuratorio ad mandatum nostrum et in manibus nostris tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia iuramento ꝙ̃ dictus domin⁹ Petrus principalis suus stabit iuri et sancte matris ecclesie atqꝫ nostris ymo uerius apostolicis parebit mandatis. Iniuncta sibi inde pro modo culpe penitentia salutari. Que omnia et singula vobis ꝛc. Vide primam formam.

Absolutio ad cautelam cum reinciden. de consensu partium ad certum tempus.

Martinus dei ꝛ apostolice sedis gr̄a eps. N. index. ꝛc. deputatus. Uniuersis ꝛc. Noueritis ꝛc. Dignetur ꝛc. Post cuius quidem ꝛc. fact. constitutis coram nobis prouidis viris dn̄is Marco didaci canonico ecclesie .N. ex vna ꝛ Antonio albi clerico. n. dioc. partibus ex altera dictus dn̄s Marcus in absolutionem p̄nominato domino Antonio principali a quadaꝫ excōicationis sentencia in eum ad eiusdem dn̄i Marci instañ ob non solutionem decē flor. auri de camera per R. p. d. n. curie causarum camere aplice generalem auditorem lata hinc ad sex menses proxime futuros impendendā sponte ꝛ exp̄sse consensit. Quo sic prestito cōsensu idem. d. Antonius principalis se a dicta excōicationis sentencia de qua in preinserta ꝯmissione fit mentio iuxta ꝛ scd̄m p̄ narrate ꝯmissioñ vim formam ꝛ tenorem absolui ipsumqꝫ cōioni fidelium participationi eccl'iasticoꝝ sacramentoꝝ sancteqꝫ m̄ris eccl'ie vnitati restitui p nos instanter postulauit. Nos tunc Martinus ep̄us index ꝛ ꝯmissarius ꝛc attendeñ postulationem hm̄ōi fore iustam ꝛ consonam rōni qꝫqꝫ iusta peteñ non est denegandus assensus. ꝛ ꝙ sancta mater ecclesia nemini veniam petenti gremiū claudit. ꝛ ꝙ bonoꝝ mentium est timere culpam vbi culpa minime reperitur. Idcirco auctoritate apl'ica ꝛc prefatum Antonium principalem coram nobis constitutum ꝛ id humiliter flexis genibus fieri peteñ a dicta excōicationis sentencia in eum ut premittitur lata hinc ad sex menses proxime ꝛ immediate sequeñ. et al's iuxta dicte nobis p̄ntate ꝯmissionis formam ꝛ tenorem in dei nōie absoluēdum sancteqꝫ matris ecclesie vnitati ꝯmunioni fidelium ꝛ participationi ecclesiasticorum sacramentoꝝ restituendum duximus prout absoluimus ꝛ restituim⁹ eundem per p̄ntes. Iniuncta inde ipsi. d. Antonio principali pro modo culpe p̄nia salutari sub pena ꝯ̄ reintrusionis reinciden̄. nisi infra dictos sex mēses de dictis decem flor. pro quibus dicta excōis sentencia lata extitit prefato domino Marco realiter satisfecerit aut cum eo amicabiliter ꝯposuerit et ꝯcordauerit. Quam quidem excōis sentenciam ipsum dn̄m Antoniū principalem in defectū solutionis aut compositioñ ꝛ cōcordie lapsis sex mensibus hm̄ōi incurrere ꝛ reincidere volumus ip̄o facto. Que omnia ꝛ singula ut supra. In quorum ꝛc. absolutionem vero ꝛc. Dat. ꝛc.

¶ Absolutio ad cautelam cum reincidentia sub certa conditione.

Iohannes ꝛc. Deputatus Uniuersis ꝛc. Dignetur ꝛc. In fine vero ꝛc. Contra quam quidē commissionem per proudū magistrum. n. in Romañ. curia causaruꝫ ꝛ honorabilis viri dn̄i Jacobi ex aduerso principalis indicta nobis facta ꝛ presentata commissione principaliter nominati procur. prout de sue procurationis mandato in actis cause hm̄ōi legitima extitit facta fides in certo sibi per nos ad hoc assignato termino compareñ verbo solum ꝛ dumtaxat cum protestatione de excipiendo latius cōtra eandem facto ꝛ in scriptis suis loco et tempore congruis excepto. Subsequenter die videlicet et hora infrascriptis

constituto coram nobis honorabili viro dño.n. principali in eadem cõmissione principaliter nominato ex vna ꝛ p̄fato magr̄o Hugone ex aduerso procur̄. nõie quo supra procuratorio ptibus ex altera. idem magr̄ Hugo procur̄ in absolutio nem prefato magistro Petro ex aduerso principali ab excõicationis aliisqꝫ sen tenciis et censuris in eum ut dicitur ad instantiam dicti dñi Jacobi principalis ob non paritionem lr̄arum executorialium aplicarum siue processuum executo rialium ut in preinserta commissione deducitur latis ad cautelam quatenus indi geat impenderemus cum reincidentia si ꝛ inquantuꝫ concordia que inter ipsos dños Petrum ꝛ Jacobũ principales de p̄senti concepta esset siue nõ consequa tur effectum aut per p̄fatum dñm Petrum principalem non adimpleatur exp̄sse consensit. Quo sic prestito. Nos Johannes epũs iudex ꝛ commissarius p̄fatus ꝛc. prout in precedenti.

Clausula reintrusionis excõicationis seu reinciden̄.

Volumus aũt ꝙ si prefatus dñs .n. dictam concordiam nõ adimpleuerit seu per eũ steterit quominus suum ꝯsequeretur effectum infra certum tp̄s per dictas partes seu earũ procuratores cõstituti eo casu eundem.n. in pristinas excõicationis ꝛ alias sentencias et censuras quibus ut p̄mittitur ante huiusmodi nr̄e absolution̄ impensionem ligatus erat exnunc prout extunc et extũc prout ex nunc de dictarum ptium exp̄sso consensu reintrudi ꝛ reintrusum esse decernim⁹ ipso facto. Hec clausula debet poni in proximo instr̄o ante Que omnia ꝛc. Et hoc qñ inter partes expresse cauetur. al's non.

Absolutio cum reinciden̄ vnacum inhibitione inserta qñ in causa processerunt plures auditores. ꝛ hoc vsqꝫ ad certum tempus.

Johannes ꝛc. Uniuersis ꝛc. Noueritis ꝙ dudũ felicis recordatiõis dñs Paulus papa.ii. quandam commission̄ siue supplication̄ cedulam Reueren do.p. dño.n. sacri palacii ap̄lici causarum auditori p certum tunc suuꝫ cursorem p̄sentari fecit sub his verbis. Dignetur ꝛc. In fine ꝛc. Post cuiusquidem commission̄ p̄ntationem prefato dño.n. auditore postqꝫ coram eo in causa ꝛ cau sis hmõi ad nõnullos actus iudiciales citra tñ cause conditõem processum exti tit. certis de causis a Ro. cu. absentato p̄fatus fe. re. Paulus papa cãm ꝛ causas hmõi R.p.d.n. tunc dicti sacri palacii causarũ etiam auditori resumendũ com misit ꝛ fine debito terminandum. Quibus p eum ipius commissionis p̄textu in statu debito resumptis et deinde dicto quodam dño.n. in dicta commissione ex aduerso principaliter nominato ab hac luce subtracto. Necnõ dicta commissio ne et litispenden̄ hmõi honorabili viro.n. quarumdam lr̄arum aliarum p̄textu le gitime insinuata ac quodã sequestro siue arresto a vicario. R.p. ꝛc. ne videlicet de p̄esione dicta ꝛc. honorabili ꝛc. principali in dictis et infrascriptis commissi onibus ꝛc. nominati per dñm.n. ep̄um auditorem prefatum relaxato ꝛ expost ip so ad ecclesiam.n. pastoris solacio destitutam promoto. necnon prefato Paulo

papa.ii.altissimo disponente de medio sublato ⁊ Sanctissimo in xp̄o.p.⁊ dn̄o
nostro.d. Sixto papa.iiii.ad apicem summi apl'atus assumpto ⁊ de eius mādа
to speciali huiusmōi ⁊ aliis causis supradictis debite resumptis ⁊ propterea ip
so dn̄o.n.in ep̄um consecrato ac postmodum graui infirmitate detento. Idem
dn̄s noster papa cām huiusmōi ac omnes ⁊ singulas causas que coram eodem
domino.N.pendebant indecise.R.in xp̄o.p.n.⁊c.auditori primo. Et deinde
propter huiusmōi causarum ad cancellariam aplicam remissionem per ip̄m fa
ctam nobis Jo.⁊c.auditori prefato in eo statu in quo remanserant indecise suc
cessiue ⁊ specialiter resumenđ audienđ cognoscenđ decidenđ fineq; debito ter
minanđ cum omnibus ⁊ singulis suis emergeñ incideñ dependeñ annexis ⁊ cō
nexis commisit vigore cōmissionis subsequeñ. Dignetur ⁊c. Huiusmo
di siquidem et nonnullarū aliarum commissionū pretextu causa ip̄a per nos in
statu debito resumpto. Tandem p̄fatus dn̄s.n.papa quandaz aliam ꝯmissionis
siue supplicatōis cedulam nobis ꝑ certum suum cursorem p̄sentari fecit quam
nos reuerenter ut decuit recepim⁹ sub his verbis. Beatissime ⁊c. Post cu
iusquidem ⁊c. Tandem die ⁊ hora infrascriptis comparuit in iudicio coraz no
bis prouidus vir.n.in Ro.cu.causarum.⁊ honorabilis.n.⁊c.procur̄.⁊ eundem
dn̄m.n. principalem suum in ꝑsonam ip̄ius a sentencia excōicationis in eum ꝑ
R.p.⁊c. Paulum ex ⁊ pro eo ꝙ constitutōibus synodalibus ciuitatis.n.contra
uenisse asserebatur aliisq; penis ⁊ censuris eccl'iasticis sique in eum late forent
primitus ⁊ ante omnia absolui ⁊ cōmunioni fidelium ⁊ participatōi ecclesiasti
corum sacramentoꝝ sancteq; matris eccl'ie vnitati restitui in prouidi viri.n.⁊c
ex aduerso procur̄ p̄sentia prout de ipsorum ⁊ documētis legitima extitit facta
fides per nos debita cum instañ postulauit. Nos igitur Jo.auditor prefatus at
tendeñ nō modicum periculuz anime dicti dn̄i.n.principalis presertim tempe
isto sacro instañ imminere recepto primitus a dicto magistro.n.procur̄ nomine
quo supra ⁊ a prouido viro. A.dicti dn̄i.n.principalis solicitatore ⁊ per eos et
coꝝ quemlibet de mandato ⁊ in manibus nostris tactis corꝑaliter scripturis sa
crosanctis ad sancta dei euangelia in euentum ⁊ casum dicto dn̄o.n. ex aduerso
principali soluendo ac de stando iuri ⁊ parendo sancte matris ecclesie ⁊ nostris
mandatis prestito iuramento dictum.n.principalem licet abn̄tem in personam
prefati.n.procuratoris sui coram nobis flexis genibus constituti ⁊ id humiliter
petentis in dicti magr̄i.n.ex aduerso procuratoris contradicentis ⁊ reclamātis
p̄sentia ab excōicationis sentencia prefata cum reincideñ vsq; ad dominicā pro
xime ⁊ immediate sequeñ inclusiue dumtaxat absoluenđ ⁊ cōmunioni fidelium
participationi ecclesiasticoꝝ sacramentoꝝ sancteq; matris ecclesie vnitati resti
tuenđ duximus prout absoluimus ⁊ restituimus. Cūq; nihilominus dicta die do
minica transacta exnūc prout extunc ⁊ extunc prout exnūc in excōis sentenciam
p̄fatam reincidere ⁊ pro reintruso haberi volumus ⁊ mandamus ꝑ p̄ntes. Que
omnia ⁊ singula ⁊c ut supra vsq; verbū nunciari. Et insuper attendeñ ꝙ lite
⁊ causa in Ro.cu.corā nobis ut p̄mittitur indecisa pendentib⁹ nihil sit in ꝑtib⁹

ꝑ quempiam innouanđ aut attemptanđ. Q̄đqꝫ nō nisi in dicti dn̄i. n. principalis
aīe ꝯsolationem ac propter sacratissimi tp̄is instañ solennitatem hm̄ōi absoluti
onem decernim⁹. Idcirco vobis ⁊c̄. quibus ⁊c̄. ap̄lica sub dictis inobedieñ et
excōis penis ꝯmittimus ⁊ mandamus qtn̄s receptis p̄ntibus ⁊ postq̄ꝫ pro parte
p̄fati dn̄i principalis vigore p̄ntium fueritis requisiti seu alter ⁊c̄ requisitus ita
tn̄ ꝙ in his exequenđ ⁊c̄ excuset. R̄ndo in xp̄o patri ⁊c̄. eiusqꝫ in sp̄ualibus vica
rio seu officiali generali. ac vniuersis ⁊ singl'is dn̄is officialib⁹ iudicib⁹ ꝯmissa
riis delegatis subdelegatis ordinariis extraordinariis executorib⁹ subexecuto
ribus datis seu dandis deputatis seu deputādis quacunqꝫ aucte fungentibus. et
p̄sertim prudentib⁹ viris ⁊c̄. ac p̄cipue dicto. n. ex aduerso principali. Ōibusqꝫ
aliis ⁊c̄ dignitate de quib⁹ pro ꝑte prefati dn̄i Ja. principalis suꝑ hoc fuerint re
quisiti seu alter eoꝝ fuerit requisitus cōiter ⁊ diuisim sub excōis pena quaꝫ feri
mus in his scriptis quāqꝫ quemlibet hm̄ōi nr̄e inhibitioni cōtrauenientem nisi
infra sex dierum spaciū post inhibitōeꝫ nr̄am ꝑ vos seu alterum vr̄m eis aut eo
rum alteri factam immediate sequeñ. quoꝝ sex dierū ⁊c̄ assignetis quos nos eti
am assignam⁹ eisdem hm̄ōi nr̄e inhibitioni paruerint realiter ⁊ cū effectu incur
rere volumus ip̄o facto inhibeatis quib⁹ ⁊ nos tenore p̄ntium inhibem⁹ ne ipi
vel eoꝝ alter ⁊c̄. ut in cā seu causis hm̄ōi in nr̄e iurisdictioñ ⁊ litispendeñ vilipē
dium ⁊ ꝯtemptum dictiqꝫ. n. p̄ncipalis p̄iudicium quicq̄ꝫ innouare seu attempta
re p̄sumant seu p̄sumat. ꝙ si secus factū fuerit id totū reuocare ⁊ in pristinū statū
reducere ⁊ ad dicte excōis sentencie declaratiōem ⁊ alia iuris remedia prout iu
stum fuerit procedere curabim⁹ iusticia mediāte p̄fato R̄. p. d. ⁊c̄. cui ob reuerē
tiam sue pontificalis dignitatis ⁊c̄. ingressum ⁊c̄. scrip. ad hm̄ōi ⁊c̄ a diuinis. ve
rum si p̄fatas ⁊c̄ sentencia innodamus diē vero inhibitioñ ⁊c̄ curatis. Absolu
tionem ⁊c̄. In quorum ⁊c̄. Dat. ⁊c̄.

¶ Absolutio in vim commissionis apostolice.

Iohannes ⁊c̄. specialiter deputatus. R̄ndis in xp̄o patribus et dn̄is dn̄is
dei ⁊ ap̄lice sedis gr̄a. n. ⁊. n. ep̄is ⁊ eoꝝ cuilibet insoliđ. Salutem in dn̄o et
p̄ntibus fidem indubiā adhibere nostrisqꝫ ⁊c̄ mandatis. Noueritis ⁊c̄. Cuius
quidem ꝯmissionis vigore ⁊c̄ decretis atqꝫ ꝯcessis. Tanđ videlicet die ⁊ ho
ra infrascriptis fuimus ꝑ honorabilem virū dn̄m. n. p̄ncipaleꝫ in p̄inserta nobis
facta ⁊ p̄ntata ꝯmissione principaliter nominatū coram nobis ꝑsonaliter ꝯstitu
tum debita cum instañ requisiti qtn̄s vobis dn̄is ep̄is ⁊ vr̄m cuilibet insoliđ ab
solutionem dn̄i. n. principalis ⁊ etiam sibi fauentium ab excōis ⁊ aliis penis sen
tenciis ⁊ censuris in eosdem ꝑ honorabilem virum dn̄m. n. iudicem et ꝯmissari
um ac nōnullos iudices ⁊ executores a R̄. p. d. n. legato deputatos ut asseruit la
tis de quibus in dicta nobis facta commissione fit mentio per nr̄as litteras spe
ciales extra Ro. cu. ⁊ ad partes iuxta ⁊ scđm dicte ꝯmissionis vim formam ⁊ te
norem committere dignaremur. Nos igitur Jo. auditor p̄fatus attendeñ requi
sitionem huiusmodi fore iustam et consonam ratōi. Et quia de dictis excōmuni
cationis sentenciis ⁊ aliis cēsuris ⁊ penis in Ro. cu. ad plenū ꝯstare nō poterat

Idcirco de vestris prouidentia et circumspectione plenam fiduciam gereñ et speraň ꝙ ea que vestris industriis duxerimus cōmittenda fideliter ⁊ solicite de beatis adimplere. Vos dominos Ep̄os ⁊ vestrum quemlibet insolidū in iudices ⁊ commissarios huiusmōi negocii absolutiōis de qua in dicta commissione fit mentio duximus deputanđ et deputamus per p̄sentes. Quare vos dominos episcopos p̄dictos tanꝗ iudices ⁊ commissarios huiusmodi negocii absolutōis per nos deputatos auctoritate apostolica nobis cōmissa ⁊ qua fungimur in hac parte tenore p̄sentium requirimus ⁊ monemus primo secundo tertio ⁊ peremptorie. Vobis nihilominus ⁊ vestrū cuilibet in virtute sancte obedieñ districte precipieñ cōmittimus ⁊ mandamus. quatenus statim visis ⁊ receptis p̄sentibus nostris lr̄is ⁊ postꝗ pro parte dicti. N. principalis fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisit⁹. vocatis ad hoc. n. principali ex aduerso ⁊ aliis qui fuerint euocandi receptisq̄ per vos primitus a prefato. n. principali ⁊ per ip̄m ad mandatum vestrum ⁊ in manibus vestris tactis sacrosanctis scripturis ad sancta dei euangelia corporaliter prestito iuramento de stando iuri et sancte matris ecclesie nostrisq̄ ⁊ vestris parendo mandatis eundem. n. principalem in suam propriā vel procuratoris sui personam si id humiliter petierit a penis sentenciis ⁊ cēsuris ecclesiasticis huiusmōi in ipsum per p̄fatum dominū. n. ⁊ quoscunq̄ iudices commissarios seu executores specialiter a dicto domino . n. delegato deputato ad dicti. n. ex aduerso principalis vel alterius cuiuscunq̄ instaň latis et inflictis ut p̄mittitur in forma ecclesie consueta simpliciter vel ad cautelam sic et prout de iure hac vice dumtaxat beneficium absolutionis eidem. n. principali satisfacto tamen primitus ⁊ ante omnia. n. de dicta pensione debita impendat. ip̄mq̄ ꝯmunioni fidelium ⁊ participationi ecclesiasticoꝝ sacramentorum ⁊ sancte matris ecclesie vnitati restituat. Iniuncta ei ob p̄missa pro modo culpe penitentia salutari quam anime sue salubrius videbitis iniungendam. Et insuper ip̄m quē duxeritis absoluēdum sic absolutum et restitutū in vestris ecclesiis monasteriis ⁊ capellis vbi quando ⁊ quotiens expedierit denuncietis et ab aliis denunciari faciatis et permittatis lr̄as vestras oportunas desuper decernendo. In quorum ⁊c̄. huiusmodi nostram absolutioñ commissionem. ⁊c̄. Datum ⁊c̄. Presentibus ⁊c̄.

¶ Absolutio ab auditore camere ab excōicationis sentencia auctoritate eius lata.

Iacobus ⁊c̄. per ciuitat̄. et dioc̄. N. illisq̄ vel illis ad quem vel ad quos nostre lr̄e peruenerint. Salutem in domino ⁊ p̄sentibus fidem indubiam adhibere. nostrisq̄ ⁊ dicte curie firmiter obedire mandatis. Noueritis ꝙ nos die ⁊ hora infrascriptis iuxta ritum ⁊ formam sancte matris ecclesie absoluimus et sancte matris ecclesie vnitati ⁊ ecclesiasticorum sacramentoꝝ participationi ac cōmunioni fidelium restituimus. N. n. dioc̄. propterea coram nobis personaliter constitutum ⁊ id flexis genibus humiliter petentem a quadam excōicatiōis

sentencia ad instañ. n. ob non solutionem certe pecuniarum summe p nos aucto ritate dicte curie al's in eum lata et promulgata ex eo quia idem. N. propterea coram nobis personaliter cõstitutus ad hoc suum liberalem pstitit cõsensum pariter et assensum. et idem. N. de stando iuri et parendo nostris et sancte matris ecclesie mandatis in nostris manibus tactis per eum corporaliter scripturis sacro sanctis solitum pstitit iuramentuz. Cum reinciden̄ tamen in eandem excõmuni cationis sentenciam ipso facto in euentum in quem dictus. n. eidem. n. de pecu niarum summa ob cuius non solutiõem excõmunicatus ac ut talis declaratus ex titit hinc ad duos menses proxime futuros a die date psentium inantea compu tanđ plenarie et integre non satisfecerit. Quapropter remittentes eundem. N. ut premittitur absolutum et restitutũ vobis et vestrum cuilibet tenore psentium damus districte in mandatis quatenus ipm sic absolutum modo premisso in ve stris ecclesiis monasteriis et capellis dum et quotiens expediens fuerit publice nuncietis ac faciatis publice ab aliis nunciari. Dat. Rome. etc.

Commissio absolutionis ab eodem auditore camere.

Iacobus etc. Uniuersis etc. per ciuitat. et dioc. N. ac al's vbilibet constitu tis et eoꝝ cuilibet insolidum. Salutem in domino. Discretioni vestre et cui libet vestruz tenore psentium committimus ac in virtute sancte obedien̄ distri cte precipiendo mandamus quatenus statim visis et receptis psentibus et postqꝫ pro parte honorabiliuz viroꝝ dominoꝝ. N. et. N. fueritis requisiti seu alter ve strum super hoc fuerit requisitus eosdem. N. et. N. a quadam excõmunicatiõis sentencia in eos et eorum quemlibet ob non solutionem certarum pecuniarum quantitatum in quibus honorabilib9 viris. N. et. N. efficaciter obligãtur ad in stañ dictoꝝ. N. et. N. creditorum per nos auctoritate dicte curie lata et promul gata si id humiliter petierint ac de stando et parendo nostris et vestris ac sancte matris ecclesie mandatis in vestris manibus tactis per eos et eoruz quemlibet corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta dei euangelia solitum pstiterit iura mentum. ac honorabiles viri. n. et. n. n. dioc. aut aliquis eorum suum liberalem pstiterit consensum pariter et assensuz hac vice dumtaxat auctoritate nostra et di cte curie absoluatis et cõmunioni fidelium ac participationi ecclesiasticoꝝ sacra mentorum sancteqꝫ matris eccl'ie vnitati restituatis. iniuncta sibi pro modo cul pe penitentia salutari. ipsosqꝫ sic absolutos et restitutos publice nuncietis et facia tis ab aliis in vestris ecclesiis monasteriis et capellis et locis publicis vbi quan do et quotiens expediens fuerit publice nunciari et super absolution̄ et restitution̄ huiusmõi vestras lr̄as auctenticas aut instrumentũ publicum si illas vel illud pe tierint et habere voluerint in fidem et testimonium pmissoꝝ dando et concedẽdo In cuius rei testimonium psentes litteras exinde fieri et per notarium publi cum nostrum et dicte curie scribam infrascriptum subscribi et publicari mandaui mus Sigilliqꝫ dicte curie quo vtimur iussimus et fecimus appensione cõmuniri Dat. rome.

Acceptatio simplex preben̄ ecclesie cathedralis per canonicum creatum in eadem ecclesia.

IN nomine domini amen ꝛc̄. Constitutus venerabilis vir. n. presbiter Canonicus ecclesie. n. licentiatus in decretis dixit ad sui noticiā noviter peruenisse ꝙ ꝑbenda quam quond. n. ipius ecclesie canonicus ꝑbendatus in ipa ecclesia dum viueret obtinebat p eiusdem. n. obitū qui extra Ro. cu. diē clausit extremum vacabat ꝛ vacet ad p̄sens. Idcirco dictam preben̄ sic vt p̄mittitur vacantem credēs eam sibi de iure deberi vigore gratie expectatiue per p̄fatum dn̄m nostrum papam sibi gratiose cōcesse ꝛ lrarum processuumq; desuper habitorū in dei nomine acceptauit ꝛ de p̄senti acceptat cū protestationibus in talibus fieri solitis ꝛ cōsuetis ꝛ p̄sertim si ꝛ inquantū preben̄ hmōi sibi de iure deberetur. alioquin dicta sua gratia salua maneat ꝛ illesa. Sup quibus ꝛc̄. Acta fuerūt ꝛc̄.

¶ Acceptatio simplex Cantorie per canonicum expectan̄ dignitatem.

IN nomine domini amen. ꝛc̄. Constitutus venerabilis vir dn̄s. n. canonicꝰ ecclesie. n. dixit ꝛ asseruit ad sui noticiā peruenisse ꝙ cantoria ipius ecclesie que in eadem ecclesia dignitas nō tamen maior post pontificalem existit quam quond. n. ipius ecclesie cantor dum viueret obtinebat per obitū eiusdem. n. ipius cantorie dum vixit vltimi possessoris qui extra Ro. curiā diem vite sue clausit extremum vacasse ꝛ vacare ad p̄sens. Idcirco p̄fatus. n. dictam cantoriā sic ut p̄mittitur vacan̄ gratie sue expectatiue sibi per p̄fatum Sanctissimū. d. n. papam gratiose cōcesse p quam dignitates personatus administratiōes uel officia ipius ecclesie expectabat necnon processuum inde secutoꝝ vigore quatenus tamen sibi de iure debetur infra tempus debitū cum protestatōnibus in talibus fieri cōsuetis acceptauit ꝛ tenore presentis publici instrumenti acceptat. Super quibus ꝛc̄.

¶ Acceptatio prioratus facta per religiosum expectantem.

COnstitutus venerabilis ꝛ religiosus vir frater. n. monachꝰ expsse professus ut dicebat monasterii. N. ordinis. N. diocesis. n. dixit ad sui noticiam peruenisse ꝙ prioratus de. N. ord. n. n. diocesis quem quondam. n. dicti prioratus prior dum viueret obtinebat per ipius. N. obitum qui extra Ro. cu. diem suum clausit extremum vacabat. Ipe vero. N. monachus prioratum ipm sic ut p̄mittitur vacantem vigore gratie expectatiue sibi per prefatum dominū nostrum papam facte p quam beneficium ecclesiasticū cum cura ꝛ sine cura etiam si prioratus administratio vel officiū foret ad collationem ꝛc̄. ut in bulla vel diuisim pertinentem expectabat infra tempus debitum. cum protestatōibus debitis in talibus fieri consuetis acceptauit prout presentis publici instrumenti tenore acceptat cum protestationibus consuetis ut supra Super quibus ꝛc̄.

¶ Acceptatio parrochialis ecclesie.

COnstitutus.n. dixit ⁊ asseruit ad sui noticiam ꝑuenisse ꝙ parrochialis ecclesia.n. diocesis.n. per obitum quonđ. N. ipius ecclesie dum viueret vltimi rectoris extra Ro. cu. defuncti vacat ad p̄sens. eapropter ip̄e. N. dictā parrochialem ecclesiam sic ut p̄mittitur vacañ vigore quarūdam lr̄arum apostolicarum sue gratie expectatiue sibi per prefatum dn̄m nostrum papam facte ad collationem ⁊c̄. ut in bulla prout melius potuit ⁊ debuit in nomine dn̄i acceptauit cum protestationibus ꝙ si dicta parrochialis ecclesia sibi de iur[e] vigore dicte gratie non deberetur ad aliud beneficiū ecclesiasticū sub dicta sua gratia cō prehensum vacañ vel vacaturum libere possit ⁊ valeat habere recursum. Sup quibus ⁊c̄.

¶ Acceptatio ⁊ prouisio parrochialis ecclesie simul.

IN nomine dn̄i amen. ⁊c̄. Constitutus.n. p̄ncipalis tenens in suis manibꝰ lr̄as apostolicas super gr̄a expectatiua de beneficio ecclesiastico cū cura ⁊c̄. ut in bulla vacante uel vacaturo spectante cōmuniter uel diuisim ad collationē ⁊c̄. N. ep̄i necnon venerabilium ⁊c̄. decani ⁊ capituli singulorumq; canonicorū ⁊ ꝑsonarum sibi per p̄fatum. d. nostrū papam sub data kl's Januarii pontificatꝰ sui anno primo eidem.n. facta necnon quasdam lr̄as apostolicas seu publicū instrumentum processus desuper per Reueř. in xp̄o patrem ⁊ dn̄m. d. ⁊c̄. executorem in dictis lr̄is nominatum sub data anno ⁊c̄. die vero. ii. mensis. N. fulminatum ac sigillo dicti dn̄i executoris sigillatum signoq; discreti viri.n.n. diocesis notarii signat. ut prima facie apparebat sanas ⁊ integras ad legendum inspiciē dum ⁊ examinādum exhibuit ⁊ nihilominus ad sui noticiam ꝑuenisse asseruit ꝙ parrochialis ecclesia.n. per obitum quondam.n. ipius ecclesie dum viueret rectoris extra Ro. cu. defuncti vacabat. Quare dictus. N. principalis vigore litterarum ⁊ processuum p̄dictorum dictā parrochialem ecclesiā sic ut p̄mittitur vacañ ⁊ sub dicta gratia comp̄hensam ⁊ cadentem in dei nomine acceptabat et acceptat si ⁊ inquantū sibi de iure debeatur. Alioquin protestabatur prout protestatus fuit ꝙ dicta sua gratia salua sibi ad aliud beneficiū sub eadem gratia cō prehensum acceptanđ maneret ⁊ illesa. ip̄eq;. N. discretum virū dn̄m.n.n. diocesis publicum ap̄lica auctoritate notariū ibidem p̄sentem quem in suū ⁊ dictarum lr̄arum ap̄licarum vigore clausule generalis ceterum in processibus apposite subexecutorem eligebat petiit ⁊ requisiuit. quatenus sibi de dicta parrochiali ecclesia sic ut p̄mittitur vacañ ⁊ per eum acceptata auc̄te apostolica prouideret. sibiq; eandem parrochialem ecclesiā cum omnibus iuribus ⁊ pertineñ suis iuxta tenorem lr̄arum ⁊ processuum p̄dictorum eadem auc̄te conferret ⁊ assignaret. Qui quiđ.n. subexecutor hmōi lr̄is ⁊ processibus reuerenter ad se receptis volens tanq̄ verus obedieñ filius ap̄licis obedire mandatis eandem parrochialem ecclesiā sic ut p̄mittitur vacañ ⁊ acceptatam p̄fato.n. cū omnibus iuribus et pertineñ supradictis ap̄lica auctoritate qua in hac ꝑte fungebatur contulit et assignauit. ac sibi per lr̄arum ⁊ processuum p̄dictoꝝ traditōem prouidit etiā de

eadem mandans ipi. n. vel procur suo legitimo de fructibus redditibus prouen iuribus et obuen vniuersis dicte parrochialis ecclesie integre respōderi. Et nihilominus eidem. n. aliud beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura ad dictam collationem cōmuniter uel diuisim pertinen per se uel procuratorē suum acceptand et de eo sibi prouideri faciendum si dicta parrochialis ecclesia sibi de iure non deberetur illesum sibi ius reseruauit. Sup quibus etc. Acta fuerūt etc.

Acceptatio et prouisio in vim nominationis.

IN nomine dñi amen etc. Personaliter constitutus. N. dicens et asserēs ad sui noticiam puenisse q canonicatus et prebenda ecclesie. n. quos quondā A. eiusdem ecclesie canonicus dum viueret obtinebat per obitū dicti. A. qui extra Ro. cu. diem clausit extremum vacabant tūc et vacent ad p̄sens. Idcirco idem dñs. n. principalis citra tm̄ quorūcunq procuratorum suorum per eum hactenus constitutorum reuocationem canonicatum et preben predictos sic ut p̄mittitur vacan in vim nominationis de persona sua ad canonicatum et preben dicte ecclie per Reuerendissimū in xpo patrem et dñm. d. n. miseratiōe diuina etc. sancti. n. pbrm Cardinalem zamoren vulgariter nūcupatum vigore cuiusdam facultatis denominando certas personas ad nōnulla beneficia ecclesiastica per prefatum dñm nrm papam eidem Reuerendissimo dño. n. cardi. cōcesse atq facte infra tempus legitimum ut dicebat acceptauit acceptareq dixit prout tenore p̄ntis publici instrumenti acceptat. Protestans nihilominus idem dñs. n. q si prefati vacātes et acceptati canonicatus et preben sibi pro hac vice de iure non debeantur q ius suum sibi saluum remaneat et illesum ad aliud beneficiū ecclesiasticum etiam si canonicatus et preben fuerint sibi dicte sue nominatiō vigore debite acceptand. Quaquidem acceptione sic facta statim et incontinenti prefatus. n. sibi de huiusmōi canonicatu et preben sic ut premittitur vacan et per eum acceptatis prouideri p me notarium publicum infrascriptum tanq subexecutorem vigore clausule generalis. ceterum etc. debita cum instan postulauit. Ego tunc notarius publicus infrascriptus tanq subexecutor per eum assumptus eidem. n. id humiliter a me petenti de dictis canonicatu et preben prouidi ipsumq p birreti sui traditionem et capiti suo impositiōem in dei nomine inuestiui. Super quibus etc. Acta etc.

Instrumentum aggrauationis reaggrauationis interdicti et inuocationis brachii secularis ob nō paritionem executorialium.

PRINCIPIUM require ut in executorialib9 vsq vltimam commissionem insertam. et deinde in instrumento declarationis ob non paritiōem litterarum executorialium vsq ibi. Ipsisq litteris executorialib9 etc. reproductis pro parte dicti domini. N. principalis coram nobis iudicialiter reproductis facto et in scriptis ac exhibitis. Nos cōsequenter prefatum. n. ex aduerso p̄ncipalem dictis lr̄is siue processibus parere et obedire non curan propter nō paritionem hmōi excōis aliasq penas sentencias et censuras p̄dictas dannabili incidisse et

incurrisse declaramus excõicatum publice denunciandū fore seruatis in ea par
te seruand decreuimus. Tandem litteris declaratoriis desuper per nos datis ⁊
concessis ⁊ nr̃o sub sigillo vel sigillo dicte curie causarum camere aplice ut est
moris expedire ac in dicta curia in locis publicis ⁊ cõsuetis pro parte dicti dñi
n. principalis ut moris est affixis ⁊ publicatis prout de earum affixione et publi
catione hmõi nobis legitima extitit facta fides dictus. n. ex aduerso prĩcipalis
excõicatus ⁊ ut prefertur tanq̃ talis publice denũciatus ut rebellis ⁊ inobediẽs
ac ut anime sue salutis immemor dictam excõis ⁊ eius declarationis sentenciā
per decem dies denunciatõem ⁊ publicationem predictam immediate sequeñ
sustinuit prout sustinet ad pñs nos in declarationñ negocio hmõi vlterius debite
procedeñ. ad prouidi viri magrĩ. n. in dicta Ro. cu. causarum et p̄libati dñi. n.
principalis procur̃. de cuius procurationis mãdato nobis legitime ꝯstat instañ
supradict. n. ex aduerso principalem oẽsq̃ alios ⁊ singulos sua cõiter uel diuisim
interesse putañ. eorumq̃ procuratores siqui erant in dicta Ro. cu. pro eisdem ad
videnđ ⁊ audienđ supradicte excõis ⁊ ipsius declarationis sñiam ꝯtra et aduer
sus eundem. n. ex aduerso principalem iuxta lr̃arum siue processuum executori
alium vim formā ⁊ tenorem propter non paritionẽ earundem aggrauari lr̃asq̃
aggrauatorias oportunas per nos in forma solita ⁊ ꝯsueta decerni ⁊ ꝓcedi vel
dicenđ. ⁊ causam siquā habebant rõnabilem quare p̄missa fieri nõ debebant al
legand. per audientiā publicā lr̃arum ꝯtradictarum dñi nr̃i pape citari mãdaui
mus et fecimus ad certū peremptorium terminū ꝯpetentem ad diem videlicet
et horam inferius primo annotatos quo termino occurreñ ad p̄fati magrĩ. n. pro
cur̃. nõie procuratorio dicti principalis sui instañ. coram nobis iudicialiter cõ
pareñ et citatorum predictorum in quadam citationis audieñ. cedula a nobis emanata
de nr̃is voluntate et mandato in dicta audieñ. posita lecta signata et debite exe
cuta ⁊ per eum coram nobis facto ⁊ in scriptis reproducta non ꝯparentium cõ
tumaciam accusauit ipsosq̃ ꝯtumaces reputari ⁊ in eorum ꝯtumaciam p̄dictam ex
cõicationis ⁊ declarationñ sñiam ꝯtra p̄fatum. n. ex aduerso principalem ob non
paritionem p̄dictam aggrauari ⁊ ipm̃ aggrauatū publice denunciari mandari lite
rasq̃ aggrauatorias desuper oportunas in forma solita ⁊ ꝯsueta decerni ⁊ cõce
di instanter postulañ instãtiam. nos citatos p̄dictos non ꝯpareñ reputauimus me
rito prout erant iusticia exigente ꝯtumaces ⁊ in eorum ꝯtumaciam attendeñ postu
lationem hmõi fore iustam ⁊ ꝯsonam rõni. Quodq̃ nedum decẽ sed plures dies
post p̄dictam sñie declarationem ⁊ publicatiõem in dicta curia ut p̄fertur factam
sunt effluxi nullamq̃ nobis de paritiõe dicti. n. ex aduerso principalis fore factā
certificatõem. ⁊ etiā quod crescente ꝯtumacia ⁊ inobediētia crescere dēat et pena ne
facilitas pene audaciā tribuat delinquendi excõis ⁊ declaratõis sñiam antedictam
siue processus nr̃os hmõi aggrauand duximus ⁊ aggrauauimus lr̃asq̃ nr̃as desu
per in forma solita ⁊ ꝯsueta decreuimus oportunas. Verū post ipius publicati
onem ⁊ denunciatiõem in dicta curia in locis ꝯsuetis publice factas sustinuit et
sustinet. nos ad p̄libati dñi. N. principalis similiter instañ citatos supradict. ad

videnđ ⁊ audienđ prefatam excōis ⁊ declarationis ſentenciā ſiue proceſſus no
ſtros hmōi iuxta dictarum lr̄arum executorialium formaꝫ ⁊ tenorem reaggraua
ri lr̄aſqꝫ reaggrauatorias deſuper in forma ſolita ⁊ conſueta decerni ⁊ ꝯcedi vel
dicenđ. ⁊ cām ſiquam habebant rationabilem cur p̄miſſa fieri nō debebant alle
ganđ per audientiā publicam antedictā citari mandauimus ⁊ fecimus ad diem
⁊ horam inferius ſecundo loco deſcriptos quibuſdam terminis aduenieñ. p̄fato
.d. n. principali citra tñ procuratoꝝ ſuoꝝ reuocationem corā nobis iudicialiter
compareñ ⁊ quandam citatioñ audientie cedulam ſimiliter in eadem audiētia le
ctam ⁊ debite executam facto ⁊ in ſcriptis reportañ. citatoꝝqꝫ in eadem conten
toꝝ non compareñ ꝯtumaciam accuſante ipoſqꝫ contumaces reputari ⁊ in eorū
ꝯtumaciam excōis ⁊ declarationis ſentenciā ſiue proceſſus hmōi in ⁊ cōtra eun
dem n. ex aduerſo principalem excōicatum declaratum aggrauatū et denuncia
tum reaggrauari lr̄aſqꝫ reaggrauatorias deſuꝑ oportuñ in forma ſolita ⁊ cōſueta
decerni ⁊ concedi ꝑ nos inſtanter poſtulante. nos citatos p̄dictos non cōpareñ.
reputauimus merito prout erant dictañ iuſticia ꝯtumaces ⁊ in eoꝝ cōtumaciam
ad p̄fati dñi. n. principalis inſtañ attendentes qđ peruerſoꝝ audacia p̄ſumptiua
id exigit ut vnica pena non cōtenti fortioribus arceantur penis ne fides illoꝝ
ledatur qui ſuꝑioribus ſuis obedientiam ſemꝑ impenderunt. ſñiam excōis ⁊ de
clarationis ymo uerius proceſſus nr̄os p̄dictos reaggrauanđ duximus ⁊ reaggra
uauimus prout reaggrauamꝰ p̄ñtium ꝑ tenorem lr̄as nr̄as deſuꝑ decerneñ opor
tunas. Preterea cum p̄fatus. n. ex aduerſo principalis ſic excōicatus declara
tus aggrauatus ⁊ reaggrauatus. reaggrauatōeꝫ nr̄am hmōi nedum per decē ſed
multo plures dies poſt publicatiōem ⁊ declarationem in p̄fata curia in locis pu
blicis ⁊ conſuetis factas ſuſtinuiſſet ⁊ ſuſtineat de p̄ñti. Nos ad p̄libati dñi. N.
principalis vlteriorem inſtañ citatos ſepe dictos ad videnđ ⁊ audienđ omēs et
ſingulas ciuitates terras oppida villas ſuburbia capitl'a collegia cōitates eccle
ſias monaſteria capellas parrochias ⁊ generaliter quecūqꝫ alia loca in ⁊ ſub qui
bus ſeu ad que dictū. n. excōicatum declaratum aggrauatū ⁊ reaggrauatum eſſe
morari declinare ſeu deuenire contigerit q̄ꝫ diu in locis p̄dictis fuerit interdici
⁊ ſtrictiſſimo eccl'iaſtico interdicto ſupponi et obſeruari mandari lr̄aſqꝫ neceſſa
rias ⁊ oportunas in forma ſolita ⁊ conſueta decerni ⁊ concedi. Vel dicendū. et
cauſam ſiquam habebant rōnabilem quare predicta fieri non debebant allegā
dum per ſepe dictam audientiam lr̄arum contradictarum citari mandauimus et
fecimus ad diem et horam tertio loco infra annotatos. Quibus aduenientibus
per p̄fatum dominū. n. principalem citra tamen dictoꝝ procuratorum ſuoꝝ re
uocationem coram nobis iudicialiter compareñ ⁊ citatorum predictorū in qua
dam alia citationis audientie cedula etiam ut p̄fertur in eadem audientia cōtra
dictarum debita executa ⁊ coram nobis in ſcriptis repreſentata contentoꝝ non
comparentium contumacia accuſata ipoſqꝫ contumaces reputari. ⁊ in eorum cō
tumaciam oēs et ſingulas ciuitates terras oppida caſtra villas ſuburbia eccl'ias
collegia ꝓrochias ⁊ alia loca quecūqꝫ ſupradicta in ⁊ ſub quibꝰ ſeu ad que dictū

.n. ex aduerso principalem esse morari declinare seu deuenire contigerit q̃ diu
ibidem fuerit iuxta predictarum lr̃arum executorialiuȝ formam ⁊ tenorem inter
dici ⁊ strictissimo eccl'iastico interdicto supponi lr̃asq; necessarias ⁊ oportunas
in forma solita ⁊ cõsueta per nos decerni instanter postulato. Nos citatos ante
dictos reputauimus iterum prout erant suadeñ iusticia contumaces ⁊ in eorum
contumaciam attendeñ postulationem huiusmõi fore iustam ⁊ consonam ratõi.
qðq; prefatus. N. ex aduerso principalis penas sentencias et censuras p̃dictas
in eum ut premittitur latas Pharaonis duriciam imitando ad modum aspidum
surdarum aures suas obturantiũ ne vocem audiant incantantium sustinuit nõ cu
rans ad sancte matris ecclesie gremiũ redire ⁊ anime sue saluti prouidere aucto
ritate aplica nobis commissa ⁊ qua fungimur in hac parte omnes et singulas ci
uitates terras oppida castra villas suburbia parrochias ecclesias capitula ⁊ que
cunq; loca alia supradicta in ⁊ sub quibus seu ad que prefatum. n. ex aduerso p̃n
cipalem esse morari declinare seu deuenire contigerit q̃ diu ibidem fuerit seu
moram traxerit ⁊ per tres dies continuos post eius abinde recessum exnunc pro
ut extunc ⁊ extunc prout exnunc interdiximus ⁊ strictissimo ecclesiastico interdi
cto superposuimus lr̃as nostras desuper in forma solita ⁊ consueta concedendo
oportunas. Demum uero postq̃ prefatus. N. ex aduerso principalis excõ
municatus declaratus aggrauatus reaggrauatus et interdictus interdictum hu
iusmodi per decem alios dies ipsius publicationeȝ in dicta curia Ro. in locis
publicis ⁊ consuetis debite factas immediate sequentes sustinuerit animo indu
rato prout sustinet de presenti. Nos eundem. N. ut premittitur excõmunicatũ
declaratum aggrauatum ⁊ interdictum aliosq; citatos predictos ad vlteriorem
prelibati. N. p̃ncipalis instantiam ad videndum ⁊ audiendum auxilium brachii
secularis contra eundem. N. ex aduerso principalem inuocari litterasq; inuoca
torias desuper oportunas iuxta dictarum litterarum executorialium formam et
tenorem in forma solita ⁊ consueta decerni ⁊ concedi. Vel dicendũ. et causam
rationabilem quare id fieri non debebat allegandum per audientiam p̃dictam
citari mandauimus et fecimus ad certum alium peremptorium competentem
diem. videlicet diem ⁊ horam inferius vltimo loco contentos. Quo aduenien
te termino comparuit in iudicio legitime coram nobis prefatus dominus. N.
principalis citra procuratorum suorũ predictorum reuocationem. et quandam
aliam citationis audire cedulam etiam in dicta audientia contradictarum legi
time executam facto realiter et in scriptis representatam. ⁊ citatorum predicto
rum in eadem contentorum non comparentium cõtumaciam accusauit. ipsosq;
contumaces reputari. et in eorum contumaciam auxilium brachii secularis con
tra dictum. N. aduersarium et alios citatos iuxta predictarum litterarum execu
torialium vim formam et tenorem inuocari. litterasq; inuocatorias desuper
oportunas in forma solita et consueta decerni et concedi per nos instanter po
stulauit. Nos tunc citatos non comparentes reputauimus iterum non immeri
to prout erant id exigente iusticia contumaces. Et in eorum contumaciam

attendeñ postulationem hmõi fore iustam ꝛ ꝯsonam rõni. Et ꝙ prefatus. n. ex aduerso principalis excõicatus declaratus aggrauatus reaggrauatus et interdictus excõicationñ declarationñ aggrauationñ reaggrauationñ ꝛ interdicti sentẽcias hmõi animo sustinuit indurato. Nec processibus mandatis ꝛ monitiõibus nr̃is p̄dictis imo uerius aplicis paruit quoquõ. Et qꝛ monitione non proficiente ecclesiastica tpalis saltem gladius nõ immerito suffragatur ut quos dei timor a malo nõ reuocat tpalis saltem coerceat seueritas discipline Ad p̄fati dñi. n. principalis instañ auxilium brachii secularis ꝯtra dictũ. n. excõicatum declaratum aggrauatũ reaggrauatũ ꝛ interdictũ iuxta p̄dictarum lr̃arum executorialiũ vim formam ꝛ tenorẽ inuocanđ lr̃asq̧ inuocatorias desup̱ oportunas in forma solita et ꝯsueta decernenđ duximus ac inuocauimus ꝛ decreuim⁹ prout aggrauam⁹ reaggrauamus interdicimus inuocamus ꝛ decernimus per p̄sentes. Que omnia ꝛ singula vobis omnibus ꝛ singulis supradictis quibus p̃ntes nr̃e lr̃e dirigũtur cõiter ꝛ diuisim intimamus insinuam⁹ ꝛ notificam⁹ ac ad vestrã ꝛ cuiuslibet vestrum noticiã deducimus ꝛ deduci volum⁹ per p̃ntes. Vosq̧ nihilomin⁹ ꝛ presertim viros eccl'iasticos p̄dictos ꝛ vr̃m quemlibet insolid primo scđo tertio et p̱emptorie ac vobis ꝛ vr̃m cuilibet in virtute sancte obedientie ꝛ sub excõis pena quam in vos ꝛ in vr̃m quemlibet canonica monitione p̄missa ferimus in his scriptis nisi feceritis que vobis in hac p̱te ꝯmittim⁹ districte precipiẽdo mandañ qtñs statim visis ꝛ receptis p̃ntibus nr̃is lr̃is ꝛ postq̧ pro parte dicti dñi. n. p̄ncipalis vigore p̃ntium fueritis requisiti seu alter vr̃m fuerit requisitus ita tñ ꝙ in his exequẽdis vnus vr̃m alterum nõ expectet nec alter pro alio se excuset p̃ntes nr̃as lr̃as ac oĩa ꝛ singula in eis ꝯtenta solenniter publicañ prefatum. n. ex aduerso principalem singulis diebus dñicis ꝛ festiuis in vr̃is ecclesiis monasteriis ꝛ capellis infra missarũ ꝛ aliarũ horarum diuinarũ solennia dum ibidẽ populi mltitudo ad diuina audiendũ ꝯuenerit aut al's legitime fuerit ꝯgregata excõicatum aggrauatũ reaggrauatũ ꝛ interdictũ nominatim ꝛ exp̄sse campanis pulsatis candelis accensis ꝛ demũ extinctis ꝛ in terrã proiectis cruce erecta ꝛ religione induta aquam bñdictam aspergendo ad fugandũ demones qui eum sic detinent ligatum et suis laqueis cathenatũ orando ꝙ dñs nr̃ iesus xp̄s ip̄m ad catolicam fidem et sancte mr̃is ecclesie gremiũ reducere digneẽ ne eum in tali peruersitate dies suos finire p̱mittat cũ decantatione rñsorii Reuelabunt celi iniquitatem iude ꝛ psalmi Deus laudem meã ne tacueris. ꝛ antiphõ Media vita in morte sum⁹ ꝛc̃. Et his totaliter finitis ad ianuas eccl'arum vr̃arum vnacũ clericis ꝛ parrochianis accedendo ad terrorẽ ut ipse. n. ex aduerso p̄ncipalis eo citius ad obedientiã redeat tres lapides versus domũ habitatõis sue proiiciẽdo in signum maledictõis eterne quã deus dedit Chore Dathan ꝛ Abiron quos terra sustinere nõ potuit sed iusto dei iudicio viuos absorbuit ut in infernum descenderent viuentes. etiã post missam ꝛ in vespis aliisq̧ horis sermonib⁹ ꝛ predicationibus publicis solenniter publicetis ꝛ denuncietis ac ab aliis publicari ꝛ denũciari ac ab oibus xp̄ifidelibus arctius euitari faciatis ꝛ p̱mittatis donec ꝛ

quousq; aliud a nobis vel sup̱iori nr̃o super hoc receperitis in mãdatis. Et ni
hil ominus oẽs ⁊ singulos xp̄ifideles utriusq; sexus hoĩes ⁊ p̄sertiȝ familiares
⁊ seruitores dicti .n. ex aduerso p̄ncipalis excõicati declarati aggrauati reaggra
uati mõ ⁊ forma p̄missis moneatis ⁊ requiratis primo scδo tertio et p̱emptorie
prout ⁊ nos etiam tenore p̄n̄tium requirimus ⁊ monemus eosdem ip̄is ⁊ eoꝝ cu
monitione p̄missa exnūc prout extunc ⁊ econuerso ferimus in his scriptis distri
cte p̄cipiendo mandamus. qtñs ip̄i ⁊ eoꝝ singuli qui super hoc ut p̄mittitur fue
rint requisiti seu fuerit requisitus. ita tñ qꝺ in his exequendis alter eoꝝ alterum
nō expectet nec vnus pro alio seu per aliū se excuset. ad vos dños. n. et. n. ep̄os
necnō decanos archidiaconos capitula canonicos ⁊ ꝑsonas prefatꝭ. oēsq́ʒ alios
⁊ singulos sup̄dictos personasq́ʒ ⁊ loca alia de quibus vbi qñ ⁊ quotiens expedi
ens fuerit ꝑsonaliter accedant seu accedat. et prefatas lr̄as ap̄licas huncq́ʒ nr̄m
processum ac omnia ⁊ singula in eis cōtenta seu eoꝝ substantialem effectum vo
bis cōiter vel diuisim legant intiment insinuent ⁊ fideliter publicare procurēt.
seu legat intimet insinuet et fideliter publicare procuret. ac eundem dñm. A.
principalem vel procur̄em suum eius nomine in p̄fata ecclesia. n. in canonicuʒ
recipi faciant ⁊ in fratrem stallūq́ʒ sibi in choro ⁊ locū in capitulo ip̄ius ecclesie
cū plenitudine iuris canonici assignent. p̄bendam vero ac dignitatem ꝑsonatum
administrationem vel officiū eiusdē ecclesie. necnō prestimonia p̄stimoniales
portiones et simplicia bñficia. necnon bñficium aliud hmōi sic ut p̄mittitur re
seruatum si tempe hmōi reseruatioñ vacabunt aut postea vacarunt aut cū vaca
uerint eidem dño. A. post acceptationem p̄dictam. cum oībus iuribus et perti
nentiis suis supradictis eadem aucte conferant ⁊ assignent seu conferat et assig
net. ac prouideant seu prouideat etiā de eisdem. ac ip̄m. A. uel procur̄em suuʒ
eius nomine in corꝑalem realem et actualem possessionē prebeñ ac dignitatis
ꝑsonatus administratioñ vel officii necnon p̄stimonioꝝ p̄stimonialiuʒ portionū
⁊ simpliciū ac alterius bñficioꝝ predictoꝝ iuriūq́ʒ ⁊ pertineñ oīm eorundē aucte
nr̄a ymo uerius ap̄lica vice nr̄a recipiant ⁊ inducant. ac ponat ⁊ inducat et indu
ctum defendant seu defendat. Necnon eundem dñm. A. principalem vel pro
cur̄em suum p̄dictum pro eo ad dignitatem ꝑsonatum administratiōem vel offi
cium ac p̄stimonia portiōes ⁊ simplicia ⁊ alia bñficia p̄dicta ut est moris admit
tant ⁊ admitti sibiq́ʒ vel dicto procur̄i pro eo de illoꝝ ac canonicatꝰ collati ⁊ p̄
beñ reseruatꝭ predictoꝝ hmōi fructibꝰ redditibus proueñ iuribus ⁊ obueñ vni
uersis prout ad eos cōiter uel diuisim pertinet rñdeant ⁊ faciāt ab aliis quantuʒ
in eis fuerit plenarie et integre rñderi. non obstañ oībus que p̄libatus Sanct.
dñs nr̄ papa in p̄insertis lr̄is voluit nō obstare. Et nihilominus oīa ⁊ singula
nobis in hac parte ꝯmissa plenarie exequantur iuxta p̄dictarum lr̄arum ap̄licaꝝ
⁊ p̄ñtis nr̄i processus vim formā cōtinentiam ⁊ tenorem. Ita tamē qꝺ dicti sub
delegati nr̄i vel quicūq́ʒ alius seu alii nihil in p̄iudicium dicti dñi. A. principa
lis vl' procur̄is sui valeant attemptare quōlibet in p̄missis nec in processibus ꝑ

nos habit᷑ aut ſentenciis per nos latis abſoluendo uel ſuſpendendo aliquid im
mutare. Jn ceteris aūt que eidem. A. principali nocere poſſent ipis ⁊ eoꝝ cui
libet et quibuſlibet aliis ptātem omnimodā denegamus. Et ſi ꝯtingat nos ſup
ꝑmiſſis in aliquo procedere de quo nobis ptātem reſeruamus. nō intendimus
propterea ꝯmiſſionem nr̄am hmōi in aliquo reuocare niſi de reuocatione ipſa
ſpecialem ⁊ exp̄ſſam in nr̄is lr̄is fecerimus mentionem. Per proceſſum āt nr̄m
hmōi nolumus nec intendimus nr̄is in aliquo p̄iudicare collegis quominus ipi
vel eoꝝ alter ſeruato tñ hoc nr̄o proceſſu in hmōi negocio procedere valeant.
proūt eis uel eoꝝ alteri viſuꝫ fuerit expedire. p̄fatas quoqꝫ lr̄as ap̄licas hmōiqꝫ
nr̄m proceſſum ac oia ⁊ ſingula hmōi negocium tangentia volumus penes dic
tum dñm. A. principalem vel procur̄em ſuum remanere. ⁊ non per vos aut ali
quem vr̄m ſeu quencunqꝫ alium ipis inuitis ⁊ contra eoꝝ voluntatem quōlibet
detineri. Contrariū vero facientes p̄fatis nr̄is ſentenciis prout in his ſcriptis
lat᷑ ſunt dicta canonica monitione p̄miſſa ipo facto volumus ſubiacere. MJan
damus tñ copiam fieri de p̄miſſis eam peteñ ⁊ habere debeñ. petentium quidē
ſumptibus ⁊ expeñ. Abſolutionem vero oim et ſinguloꝝ qui p̄fatas nr̄as ſnias
aut earum aliquā incurrerint ſeu incurrerit quoquō nobis vel ſuperiori nr̄o tan
tummodo reſeruamus. JN quoꝝ omniū ⁊ ſinguloꝝ fidem ⁊ teſtimoniuꝫ p̄miſſo
rum p̄ntes lr̄as ſiue pn̄s publicum inſtr̄um proceſſum nr̄m hmōi in ſe contineñ
ſiue continens exinde fieri ⁊ per notarium publicū infraſcriptum ſubſcribi ⁊ pu
blicari mandauimus. nr̄iqꝫ ſigilli iuſſimus ⁊ fecimus appenſioñ ꝯmuniri. Dat.
⁊ act. Rome in domo habitationis nr̄e. Sub anno a natiuitate dñi. M. cccc.
lxxvii. Jnditione decima. die vero lune. ſeptima menſis Januarii. Pontificat⁹
eiuſdem Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ dñi nr̄i dñi Sixti diuina prouidentia pp̄e
quarti anno ſexto. Pn̄tibus ibidē. A. B. C. clericis. n. dioc. teſtibus ad p̄miſſa
vocatis atqꝫ rogatis.

Proceſſus expectatiue pro creato in duabus.

REuerendis in xp̄o patribus ⁊ dñis dñis dei ⁊ ap̄lice ſedis gratia. A. ⁊. B
ep̄is eoꝝqꝫ ⁊ cuiuſlibet ipoꝝum in ſpiritualibus et tempalibus vicariis et
officialibus generalib⁹. Necnō venerabilibus ⁊ circumſpectis viris dñis. A
et. B. eccleſiarum capellanis. ac illi vel illis ad quem uel ad quos in eiſdem ec
cleſiis canonicoꝝ receptio necnō prebeñ ⁊ dignitatum perſonatuū adminiſtra
tionum ⁊ officiorum. ac in. A. ⁊. B. ciuitatibus ⁊ dioc᷑ preſtimonioꝝ preſtimo
nialium portionuꝫ ſimplicium beneficioꝝ collatio prouiſio pn̄tatio electio ſeu
queuis alia diſpoſitio cōiter uel diuiſim pertinet. om̄ibuſqꝫ aliis et ſingulis quo
rum ⁊c̄. Poſt quarūquidem ⁊c̄. vſqꝫ mandamus. quatenus infra ſex dierū ſpaci
um poſt pn̄tationem ſeu notificationem dictarum lr̄arum ap̄licarum ⁊ pn̄tis nr̄i
proceſſus ac requiſitionem pro parte dicti dñi. n. principalis vobis ſeu alteri
vr̄m deſuper factas immediate ſequeñ. Quoꝝ ſex dierū duos pro primo duos
pro ſc̄do ⁊ reliquos duos dies vobis vniuerſis ⁊ ſingulis ſup̄dictis pro tertio ⁊
ꝑemptorio t̄mino ac monitōe canonica aſſignamus eundē dñm. n. principalē uel

pꝛocur̃em ſuum eius nõie in vtraqꝫ eccleſiarum p̄dictarum in canonicū recipiāt
⁊ in fratrem ſtalloqꝫ ſibi in choꝛo et loco in caplo vtriuſqꝫ eccleſiarū earundem
cum plenitudine iuriſcanonici aſſignatis. ⁊ infra eoſdē uel alios ſex dies poſtq̄
p̄fatum dn̄m. n. pꝛincipalem vel pꝛocur̃em ſuum eius nõie vnam. A. ⁊ aliā. B
eccleſiarum p̄dictarum pꝛeben̄. necnon dignitatem ꝑſonatum adminiſtratõem
vel officiū alterius ip̄arum eccleſiarū. ac pꝛeſtimonia p̄ſtimoniales poꝛtiones ⁊
ſimplicia bn̄ficia in p̄inſertis lr̄is aplicis latius ſpecificata ⁊ deſignata ac ꝑ eun
dem dn̄m nr̄m papam reſeruat̄ infra tp̄s in eiſdem lr̄is p̄fixum acceptaſſe ſibiqꝫ
ꝑ nos aut aliquem collegarū aut ſubdelegatoꝝ ⁊c̄. Ceterum ⁊c̄. uſqꝫ pꝛocurent
ac eundem dn̄m. A. pꝛincipalem vel pꝛocur̃em ſuum eius nõie in vtraqꝫ eccle
ſiarum p̄dictarum in canonicū recipi faciant ⁊ in fratrem ſtallūqꝫ ſibi in choꝛo ⁊
locum in caplo utriuſqꝫ eccleſiarum p̄dictarum cum dicti iuris plenitudine aſſi
gnant ⁊ aſſignari faciant. p̄bendam vero utriuſqꝫ eccleſiarū ip̄arum ac dignitatē
ꝑſonatum adminiſtrationem uel officiū alterius illarū. necnon p̄ſtimonia p̄ſtimo
niales poꝛtões ⁊ ſimplicia beneficia hmõi ſic ut pꝛemittitur reſeruata ſi tp̄e re
ſeruationis hmõi vacabant aut poſtea vacarunt ſeu cū vacauerint eidē. A. poſt
acceptationem p̄dictam cum oībus iuribus ⁊ pertinen̄ ſuis auc̄te ſupꝛadicta cõ
ferant ⁊ aſſignent ac pꝛouideant etiam de eiſdem. ip̄mqꝫ dn̄m. A. uel dictū pꝛo
cur̃em ſuum pꝛo eo in ⁊ ad coꝛꝑalem realem ⁊ actualē poſſeſſionem canonicatu
um ⁊ p̄bendarum ac dignitatis ꝑſonatus adminiſtration̄ vel officii alterius earū
dem. necnon p̄ſtimonioꝝ p̄ſtimonialium poꝛtionū ⁊ beneficioꝝ hmõi iuriūqꝫ ⁊
pertinen̄ oīm earundem auc̄te aplica vice nr̄a recipiant ⁊c̄. ut ſupꝛa.

¶ Pꝛoceſſus expectatiue ad vnū uel duo.

REuerendis in xp̄o patribus ⁊ dn̄is dn̄is dei ⁊ aplice ſedis gr̄a. A. et. B.
epīs eoꝝqꝫ ⁊ cuiuſlibet ip̄oꝝ in ſp̄ualibus ⁊ tp̄alibus vicariis ⁊ officialibus
generalibus. Necnō venerabilibus et circumſpectis viris dn̄is decanis archi
diaconis ſcolaſticis abbatibus cantoꝛibus theſaurariis ⁊ capitulis ſingulisqꝫ ca
nonicis ⁊ ꝑſonis. A. et. B. eccleſiarū etiam dignitates ꝑſonatus adminiſtratio
nes vel officia in illis obtinentibus. oībuſqꝫ aliis ⁊ ſingulis quoꝛū intereſt inter
erit aut intereſſe poterit quoſqꝫ infraſcriptū tangit negociū ſeu tangere poterit
quõlibet in futurum quibuſcunqꝫ nõibus cenſeantur aut quacunqꝫ p̄fulgeant dig
nitate. Antonius de magna vtriuſqꝫ iuris doctoꝛ archidiaconus eccleſie. ⁊c̄.
Poſt quarumquidē lr̄arum aplicarum p̄n̄tationem ⁊ receptionē nobis ⁊ ꝑ nos
ut p̄mittitur factas vſqꝫ mandamus. qt̄n̄s infra ſex dies poſt p̄n̄tationem ſeu no
tificatõnem p̄dictarum lr̄arum aplicarum ⁊ p̄n̄tis nr̄i pꝛoceſſus. ac requiſitõem
pꝛo parte dicti dn̄i. n. vobis ſeu alteri vr̄m factaſ. ⁊ poſtq̄ eundem dn̄m. n. pꝛin
cipalem vel pꝛocur̃em ſuum pꝛo eo ⁊ eius nõie vnū uel duo bn̄ficium ſeu bene
ficia eccleſiaſticū vel eccleſiaſtica etiā ſi alterum cū cura ⁊c̄. ut in bulla vſqꝫ exi
ſtat uel fuerit in pꝛeinſertis lr̄is aplicis deſignatum ſeu deſignata ⁊ per p̄fatum
dn̄m nr̄m papam ut p̄mittitur reſeruatū ſeu reſeruata infra tp̄s in eiſdem lr̄is cõ
tentum ⁊ p̄fixum acceptaſſe. ſibiqꝫ ꝑ nos aut aliquē collegarū vel ſubdelegatoꝝ

nꝛorum ſupꝛa ⁊ infra ſcriptoꝝ poſt acceptatōem p̄dictam cum oībus iuribus et pertineñ ſuis collatū ſeu collata aſſignat᷑ ſeu aſſignata. ac de eo uel eis ſibi pꝛo uiſum fuiſſe ⁊ eſſe noueritis immediate ſequeñ. Quoꝝ ſex dierum duos pꝛo pꝛimo duos pꝛo ſcd̄o ⁊ reliquos duos dies vobis vniuerſis et ſingulis ſupꝛadictis pꝛo tertio ⁊ peremptoꝛio termino ac monitōe canonica aſſignam⁹ eundem dñm A. pꝛincipalem vel pꝛocuꝛ̄em ſuum eius nōie in ⁊ ad coꝛpalem realem et actualem poſſeſſionē beneficii ſeu beneficioꝝ iuriumq̄ȝ et pertineñ predictoꝝ ſine ꝯtradictione ⁊ oppoſitione aliqua recipiatis ponatis ⁊ inducatis inductū defendatis ⁊ ad illud vel illa ut moris eſt admittatis ſibiq̄ȝ de illius uel illoꝝ fructib⁹ redditibus pꝛoueñ iuribus ⁊ obueñ vniuerſis pꝛout ad nos cōiter vel diuiſim ꝑtinet rñdeatis ⁊ faciatis ab aliis quantū in vobis ē vel fuerit plenarie ⁊ integre rñderi. Quod ſi foꝛte p̄miſſa omnia ⁊ ſingula ⁊c̄. Ceterum ⁊c̄. uſq̄ȝ procurēt. ac beneficiū ſeu beneficia hmōi per p̄fatum dñm nr̄m papaȝ ſic ut p̄mittitur reſeruatum ſeu reſeruata ſi tp̄e hmōi reſeruatōis vacabat ſeu vacabant aut poſtea vacauit ſeu vacarūt ſiue cum vacauerit aut cum ſimul uel ſucceſſiue vacauerint ut p̄fertur eidem dño. n. pꝛincipali aut pꝛocuꝛ̄i ſuo pꝛo eo poſt acceptatōem p̄dictam cum oībus iuribus ⁊ pertineñ ſuis eadem auc̄te conferant et aſſignent. ac pꝛouideant etiā de eodem vel eiſdem. ip̄mq̄ȝ. A. uel pꝛocuꝛ̄em ſuum p̄dictum eius nōie in coꝛpalem realem ⁊ actualem poſſeſſionē beneficii ſeu beneficioꝛū iuriumq̄ȝ ⁊ pertineñ pꝛedictoꝝ auc̄te pꝛedicta vice nr̄a ponant recipiant ⁊ inducant ⁊ defendant inductū. ⁊ ad illud vel illa ut moris eſt recipi et admitti. ſibiq̄ȝ de illius vel illoꝝ fructibus redditibus pꝛoueñ iuribus ⁊ obueñ vniuerſis pꝛout ad eos cōiter uel diuiſim pertinet rñdeant ⁊ faciant ab aliis plenarie et integre rñderi. Et nihilominus oīa alia ⁊ ſingula nobis in hac p̄te cōmiſſa ⁊c̄. vt in pꝛimo expectatiuarū per totum.

¶ Per pꝛoceſſum ad vnū uel duo facies pꝛoceſſuȝ de vno nō duplicando in locis vbi duplicatur de pluralitate beneficioꝝ ut non dicendo ⁊c̄. vel bñficia vel beneficioꝝ. aduertendo etiā ad directionem ſi ſit ad vnā uel duas collationes.

¶ Pꝛoceſſus in foꝛma pauperum.

Reuerendo in xp̄o patri ⁊ dño dño dei et ap̄lice ſedis gr̄a ep̄o. n. eiuſq̄ȝ in ſpiritualibus ⁊ tp̄alibus vicario ſeu officiali generali. omnibuſq̄ȝ aliis ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt intererit aut intereſſe poterit quoſq̄ȝ infraſcriptuȝ tangit negocium ſeu tangere poterit quōlibet in futurum quibuſcunq̄ȝ nōibus cenſeantur aut quacunq̄ȝ p̄fulgeant dignitate. Johannes didaci de coca decanus Burgeñ. ⁊c̄. ⁊ Nunus aluari de cepeda Jſpaleñ. ⁊ Egidius de Siluera Segobieñ eccleſiarum canonici iudiceſ ⁊ executoꝛes ad infraſcripta a ſede ap̄lica ſpecialiter deputati. Salutem in dño ⁊ nr̄is huiuſmōi ymo uerius ap̄licis firmiter obedire mandatis. Lr̄as Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ dñi nr̄i dñi Sixti diuina pꝛouidentia pape quarti eius vera bulla plumbea cū coꝛdula canapis moꝛe Romañ. cu. impendeñ bullatas ſanas ⁊c̄. recepiſſe noueritis ſub hac verboꝝ ſerie. SIXtus

epiſcopus ꝛc̃. vſqꝫ ad finem. Poſt quarum quidem literarum aplicarum ꝛc̃.
vſqꝫ. Nobis formam. Nos igitur. n. et. n. ac. n. canonici iudices et executores
predicti volentes mandatum aplicum nobis in hac parte directum reuerenter
exequi ut tenemur auctoritate ap̃lica nobis commiſſa de vita et conuerſatione
ip̃ius. n. clerici et aliis in dictis lr̃is contentis prout nobis mandabatur ſolerter
inquiſiuimus. Et quia per ſolertem inquiſitõem huiuſmõi ꝛ fidedignorum teſti
um dictis ꝛ depoſitõibus per dictum. n. coram nobis productorum ꝛ diligẽter
examinatorum. ip̃m. n. vite laudabilis et honeſte conuerſationis fuiſſe et eſſe et
aliquod beneficium eccleſiaſticum non obtinere. aliudqꝫ canonicum nõ obſtare
propter quod ip̃arum lr̃arum executio deberꝫ in aliquo differri aut retardari rep
perimus. Idcirco ip̃m. n. clericum pronunciauimus et tenore pñtium pronunci
amus fore habilem et ydoneũ ac ſufficientem ad beneficiũ eccleſiaſticum cum
cura vel ſine cura ſcd̃m formam et tenorem dictarum lr̃arum aplicarum et vſqꝫ
ad ſummã ꝛ valorem in eiſdem deſignatꝰ aſſequendum et obtinendũ. Que om
nia et ſingula necnon lr̃as ap̃licas huncqꝫ nr̃m proceſſum vobis omnibus et ſin
gulis ſupradictis intimamus ꝛc̃. per pñtes. ac beneficium huiuſmõi in dictis lit
teris expreſſum ad vr̃i dñi epiſcopi collationem ꝛ prouiſionem pertinens ſiqꝺ
in vr̃a ciuitate vel dioc. n. tempore datꝰ dictarum lr̃arum vacabat aut poſtea va
cauit ſeu vacat ad pñs aut cum vacauerit. qꝺ idem. n. clericus per ſe vel procu
ratorem ſuum ad hoc legitime conſtitutũ infra vnius menſis ſpacium poſtqꝫ ſi
bi vel eidem procuratori de ip̃ius beneficii vacatione cõſtiterit duxerit accep
tandum conferendũ ſibi poſt acceptationem huiuſmõi cum omnibus iuribus ꝛ
pertinẽtiis ſuis auctoritate ap̃lica nobis commiſſa collationi ꝛ prouiſioni nr̃is ꝛ
cuiuſlibet nr̃m ꝛ ſubdelegatorum nr̃orum infraſcriptorum ſpecialiter ꝛ exp̃reſſe
reſeruauimus. diſtrictius inhibeñ vobis dño epiſcopo prefato cui huiuſmõi be
neficii collatio vel prouiſio pertinet. ne de dicto beneficio ſic per nos reſerua
to alicui alteri ꝙ̃ dicto. n. prouidere ſeu quemquẽ alium ad illud admittere vel
de eo in p̃iudicium dicti dñi. n. interim etiã ante inſinuationem p̃dictarum litte
rarum ap̃licarum et pñtis noſtri proceſſus vobis factam niſi poſtqꝫ vobis cõſti
terit qꝺ idem. n. vel procurator p̃dictus illud noluerit acceptare diſponere pre
ſumatis quoquomodo. Decerneñ prout per eundem dñm nr̃m papam decretũ
eſt irritum et inane ſi ſecus ſuper his a quoqꝫ quauis auctoritate ſcienter vel ig
noranter attemptatũ forſan eſt hactenus vel impoſterũ contigerit attemptari.
Quocirca vos dñm ep̃um omneſqꝫ alios ꝛ ſingulos ſupradictos quibus p̃ſens
noſter proceſſus dirigitur auctoritate ap̃lica tenore pñtium requirimus ꝛ mone
mus primo ſecundo tertio et peremptorie cõmuniter et diuiſim. vobiſqꝫ nihilo
minus ꝛ vr̃m cuilibet in virtute ſancte obediẽtie ꝛ ſub penis infraſcriptis diſtri
cte p̃cipiendo mandamus. quatenus infra ſex dierum ſpacium poſt pñtationem
ſeu notificationem p̃dictarum lr̃arum ap̃licarum et p̃ſentis noſtri proceſſus. ac
requiſitionem vobis ſeu alteri veſtrum pro parte dicti dñi. n. deſuper factas. et
poſtqꝫ eundem dñm. n. clericum vel procur̃em ſuum eius nomine beneficium

hmoi acceptasse. sibiqz de illo p nos aut aliquez collegarum uel subdelegatoꝝ nroꝝum promisum fuisse et esse noveritis. immediate sequeñ. Quoꝝ sex dierum ꝛc. ut in pcedenti ꝛc. ꝛ publicari mandauimus. sigilliqz pfati dñi Jo. Didaci de cani Burgeñ quo nos oẽs plibati alii executores ad pñs vtimur fecim⁹ appensione communiri. Dat. ꝛc.

Processus in forma pauperũ qñ alter ex iudicibus se excusat aut est abñs.

Reuerendo ꝛc. Nunnus aluari⁹ de cepeda Ispaleñ ꝛ Egidius de Siluera Segobieñ ecclesiarum canonici in Ro. cu. residentes iudices ꝛ executores ad infrascripta vnacũ venerabili viro dño Jo. didaci de coca decano ecclesie Burgeñ nro in hac parte collega. cum illa clausula. Qđ si non omẽs his exequeñ potueritis interesse duo aut vnus vrm ea nihilominus exequantur. a sede aplica specialiter deputati. Salutem in dño ꝛ nris hmoi ymo uerius aplicis firmiter obedire mandatis ꝛc. Sixtus epus ꝛc. Post quarumquiđ lrarum ꝛc. ut tenemur. Et qꝛ predictus dñs Jo. didaci decanus nr in hac parte collega se ab executione pdictarum lrarum aliis ppeditus negociis coram notario publico infrascripto ꝛ testibus fidedignis legitime excusauit. de qua excusatione ex relatione eiusdem notarii inde nobis facta legitime pstitit atqz constat. Idcirco nos Johannes ꝛ Gundissaluus canonici pdicti ad earunđ executioẽm simul procedentes aucte aplica nobis commissa ꝛc. ut in pcedenti.

Processus ad collationem decani ꝛ capituli.

Uenerabilibus ꝛ circumspectis viris dñis decano et caplo singulisqz canonicis ꝛ psonis ecclie. n. oibusqz aliis ꝛ singulis ꝛc. quoꝝ interẽ. ut in pcedeñ.

Processus ad collationem abbatis ꝛ pventus monasterii.

Uenerabilibus ꝛ religiosis viris dñis abbati et pventui monasterii. n. ordinis sancti. B. dioc. oibusqz aliis ꝛ singulis ꝛc. vt in pmo processu de vno vel duobus vsqz ad vos dñm abbatem ꝛ pventum omẽsqz alios ꝛ singulos ꝛc. ut singulariter in singulos pdicta sex dierum canonica monitione pmissa ꝛc. vt in primo vsqz ad vos dños abbatem ꝛ pventum. oẽsqz alios ꝛc. ut supra de vno vl duobus ꝛc. vsqz in fine mutatis mutandis ꝛc.

Processus ad collatoẽm prioris ꝛ pventus ordinis.

Uenerabilibus ꝛ religiosis viris dñis priori ꝛ conuentui cum similibus remissionibus ad precedent. ꝛc.

Processus ad collationem abbatissarum.

Uenerabilibus ꝛ religiosis dñabus abbatisse ꝛ pventibus monasterii. n. ordinis ꝛc. n. dioc. ꝛc.

Processus ad collatoẽm epi ꝛ caploꝝ cathedralis ꝛ collegiate ecclesiaꝝ.

Reuerendo in xpo pri ꝛc. eiusqz in spũalibus et tpalibus vicario ꝛ officiali generali. Necnõ veñabilibus ꝛ circũspectis viris dñis decano ꝛ archidiacono. n. ꝛ ppto sancti. n. eiusdem dioc. ꝛ eccliarum ipiusqz ꝛ. n. ecclesiarum pdictarum caplis canonicis et psonis etiam dignitates psonatus administrationes vel officia in illis obtineñ. oibusqz aliis ꝛ singulis quoꝝ interest ꝛc.

¶ Processus ad collationem ep̄i ⁊ abbatis.

Reuerendo in xp̄o p̄ri ⁊c̄. ac officiali generali. Necnō venerabilibus ⁊ circumspectis ac etiā religiosis uiris dn̄is decano ⁊ capl'o. n. singulisq; canonicis ⁊ ꝑsonis ecclesie. n. etiā dignitates ꝑsonatus administrationes ⁊ officia in illa obtinen̄. Necnō abbati ⁊ conuentui sancti. n. ordinis. n. ⁊c̄.

¶ Processus ad collationem duoꝝ abbatum.

Venerabilibus ⁊ circumspectis viris dn̄is. n. ⁊. n. dioc. ordinis sancti. B. monasterioꝝ abbatibus ⁊ ꝯuentibus oibusq; aliis ⁊ singulis ⁊c̄. in hac ꝑte vos dn̄os abbates ⁊ ꝯuentus oēsq; alios et singulos supradictos quibus p̄n̄s nr̄ processus dirigitur tenore p̄ntium requirimus ⁊c̄.

¶ Processus ad collatōem ecclesie collegiate ⁊ vnius abbatis.

Venerabilibus et circūspectis viris dn̄is religiosis p̄pto et capitulo singulisq; canonicis ⁊ ꝑsonis ecclesie sancti. n. dioc. n. etiā dignitates ꝑsonat⁹ administrationes vel officia in illa obtinen̄. Necnon abbati ⁊ ꝯuentui monasterii sancti. n. ordinis. n. oibusq; aliis ⁊c̄. vsq; ad vos dn̄os p̄ptum capitulū canonicos ⁊ personas necnō abbatem ⁊ ꝯuentum p̄fatos. oēsq; alios ⁊c̄. vt in processu ad collationem ep̄i ⁊ abbatis.

¶ Processus expectatiuarū in forma dignum.

¶ Processus expectatiue in forma dignum pro creato in vna ecclesia ac de alio beneficio.

Reuerendo in xp̄o p̄ri ⁊ dn̄o ⁊c̄. Necnō venerabilibus ⁊c̄. decano ⁊ capitulo singulisq; canonicis ⁊ ꝑsonis ecclesie. n. ⁊c̄. vsq; tenemur. attendētes requisitionem hm̄oi fore iustam ⁊ rōni consonam eūdem. n. corā nobis propter hoc ꝑsonaliter ꝯstitutum diligenter examinauim⁹. Et q² per examinatiōez hm̄oi sufficientem ⁊ ydoneū ad dictam gr̄am obtinendum ⁊ al's bone vite ⁊ boneste ꝯuersationis ac fame laudabilis fuisse ⁊ esse repperimus. Idcirco auctoritate ap̄lica nobis ꝯmissa ⁊ qua fungimur in hac parte canonicatū ecclesie. n. cū plenitudine iuriscanonici eidem dn̄o. n. ꝯferimus ⁊ assignamus ac prouidemus etiā de eodem. p̄bendam vero ac dignitatez ⁊c̄. ut in bullis vsq; ad illud verbū fuerit. Et ad dignitatem ꝑsonatum administratōem uel officium hm̄oi cōsueuerit ⁊c̄. existat ad venerabilium ⁊ religiosoꝝ viroꝝ dn̄oꝝ abbatis ⁊ cōuentus monasterii. n. ordinis. n. dioc. collationem ⁊c̄ pertinen̄. siqua vacant ad p̄n̄s. aut cū simul uel successiue vacauerint que idem. n. ꝑ se vel procur̄em suum ad hoc ltime ꝯstitutum infra tp̄s in eisdem lr̄is ap̄licis ꝯtentum ⁊ p̄fixum duxerit acceptādum ꝯferenda sibi post acceptatōem hm̄oi cum oibus iuribus et pertinen̄ suis collationi ⁊ donationi nr̄e ymo uerius ap̄lice specialiter ⁊ exp̄sse reseruamus. districtius inhiben̄ auc̄te ap̄lica p̄dicta vobis dn̄o ep̄o. n. ac decano ⁊ capl'o eiusdē ecclesie. ac illi vel illis ad quē vel ad quos in dicta ecclesia preben̄ ⁊c̄. collatio ⁊c̄. ꝑtinet ne de p̄benda ac dignitate ⁊c̄. Necnō abbati ⁊ ꝯuentui prefat' ne de beneficio hm̄oi interim etiā ante acceptationem eandem nisi postq; vobis ꝯstiterit qꝺ̄. n. vel procur̄ predictus illa noluerint acceptare disponere quoquomō

p̄sumatis ac decerneñ prout per p̄fatum dñm nr̃m papam est decretũ irritum et inane. si secus super his a quoq̃ quauis aucte scienter uel ignoranter ↄtigerit at temptari. Que oia ⁊ singula necnon p̄fatas lr̃as aplicas hunc q̃ nr̃m processũ ac oia ⁊ singula ⁊c. ut supra in primo nõ ponendo clausulam. ꝑ processum autẽ nr̃m quia est vnus iudex ⁊c. ut in aliis.

¶ Processus in forma dignũ de vno beneficio.

REuerendo ⁊c. ut tenemur. ip̄m. n. de liatura diligenter examinatus ac per examinationem hm̃oi eum sufficientem ⁊ ydoneum ad consequendũ dic tam grãm esse repperimus. Jdcirco aucte aplica ⁊c. qua fungimur in hac parte beneficiũ ecclesiasticum cũ cura uel sine cura etiam si in cathedrali ecclesia exi stat dũmodo canonicatus ⁊ prebeñ non fuerit in eadem. Ad vr̃oꝝ dñoꝝ ep̄i et capituli singuloꝝq̃ canonicoꝝ ⁊ personarũ ecclesie. n. collatiõem prouisionem ⁊c pertineñ. siq̃ꝺ vacat ad pñs vel cũ vacauerit qꝺ dictus. n. ꝑ se vel procur̃em suum ad hoc legitime ↄstitutum infra vnius mensis spaciũ postq̃ sibi uel eidẽ procur̃i vacatio illius bñficii innotuerit duxerit acceptandũ ↄferendum eidem dño. n. post acceptationem p̄dictam cum oĩbus iuribus ⁊ pertineñ suis donatõi nr̃e ymo uerius aplice specialiter ⁊ exp̄sse reseruamus. Districtius inhibeñ vo bis dño ep̄o decano ⁊ capitulo ⁊c prefat. ac illi uel illis ad quẽ uel ad quos hu iusmõi bñficii collatio ⁊c. pertinet ne de hm̃oi beneficio interim etiã ante acce ptationem eandem. nisi postq̃ vobis constiterit qꝺ. n. uel procur̃ predicti illud noluerint acceptare disponere quoquõ presumatis. Que oia ⁊ singula necnon p̄ fatas lr̃as aplicas hunc q̃ nr̃m processum. ⁊c.

¶ Per istos duos vltimos processus hñdo respectum ad superiores cõficies alios processus in forma dignũ pro abñtibus qui in partibus examinant. etiam pro regularibus habito respectu ad infrascriptos.

¶ Processus expectatiuarũ pro regularibus.

¶ Processus expectatiue pro monacho cũ translatione ad aliud monasteriũ post assecutionem.

VEnerabilibus ⁊ religiosis viris dñis. n. ⁊. n. monasterioꝝ abbatibus ⁊ cõ uentib⁹ ordinis sancti. n. dioc. oibusq̃ aliis ⁊ singulis ⁊c. ut in primo pro cessu mutatis mutãdis. vsq̃ ad illud verbũ fact. postq̃ eundem dñm. n. uel pro cur̃em suum eius nõie beneficium ecclesiasticũ cum cura uel sine cura ꝑ mona chos dicti ordinis gubernari solitũ. etiã si prioratus p̄positura ⁊c. ut existat in p̄ fatis lr̃is aplicis designatum ⁊ per p̄fatum dñm nr̃m papam reseruatũ infra tp̄s in eisdem lr̃is aplicis contentũ ⁊ assignatum acceptasse sibi ꝑ nos aut aliquem vel subdelegatoꝝ nr̃orum supra ⁊ infra scriptoꝝ post acceptationem p̄dictaʒ cũ oibus iuribus et pertineñ suis collatum ⁊ assignatũ decerneñ. prout per p̄fatum dñm. n. papam decretũ est. p̄fatum. n. principalem q̃primum bñficium hm̃oi si illud ꝑ monachos monasterii. A. regi cõsueuerit pacifice assecutus fuerit de p̄ fato monasterio. B. cuius monachus ⁊ ordinem ip̄m exp̄sse professus ad ipsum monasterium. A. aucte nr̃a ymo uerius aplica translatum fuisse et esse noueritis

immediate sequeñ. Quoꝝ sex dierū duos pro primo duos pro scđo ⁊ reliquos
duos dies vobis oībus ⁊ singulis supradictis pro tertio et ꝑemptorio termino
ac monitione canonica assignamus eundem dñm. n. vel procurēm suum ei⁹ no
mine in ⁊ ad corpalem realem ⁊ actualem possessionē beneficii iuriumqꝫ ⁊ perti
neñ predictoꝝ ponatis ⁊ inducatis inductū defendatis. ac eundem. n. uel dictū
procurēm pro eo ad bñficium hmōi ut est moris admittatis. ip̄mqꝫ. n. in p̄fato
monasterio. A. in monachū recipiatis ⁊ in fratrē. ac sincera in dño caritate tra
ctetis. sibiqꝫ de ip̄ius beneficii fructibus redditibus proueñ iuribus ⁊ obueñ ⁊c̄
ut in aliis ⁊c̄. aucte nr̄a ymo uerius ap̄lica ⁊ defendant inductū. ⁊ ad hmōi bene
ficium ut est moris admittant ⁊ admitti faciant. ip̄mqꝫ. n. postq̄ꝫ beneficiū hmōi
fuerit pacifice assecut⁹ de dicto monasterio. n. ad dictum monasteriū. n. transfe
rant ⁊ in eo in monachū recipi et in fratrem. ac sincera ibidem in dño caritate
tractari. sibiqꝫ de ip̄ius beneficii fructibus redditibus proueñ iurib⁹ ⁊c̄. Aduer
te ad verba bulle.

¶ Simili mō facies de quacūqꝫ alia expectatiua regulariū etiam sine tr̄slatiōe
obmittēdo cl'am translatōis etiā de duob⁹ bñficiis hñdo respectū ad supiores.

¶ Processus sup indulto de fructibus ꝑcipiendis in abñtia.

Vniuersis ⁊ singulis R̄ndissimis ac R̄ndis in xp̄o p̄ribus et dñis dñis dei
⁊ ap̄lice sedis gr̄a p̄ntibus ⁊ futuris patriarchis archiep̄is ep̄is. Ac vene
rabilibus ⁊ circumspectis viris tam metropolitañ q̄ꝫ aliarum cathedraliū ⁊ col
legiatarum ecclesiarū in quib⁹ venerabilis vir. n. l̄rarum ap̄licarum scriptoꝝ be
neficia nunc obtinet ⁊ imposterū obtinebit capitulis ⁊ aliis quoruncunqꝫ locoꝝ
ordinariis. Oibusqꝫ aliis ⁊ singulis quoꝝ interest uel intererit ⁊ quos infrascrip
tum tangit negociū ⁊c̄. vos dños patriarchas archiep̄os ⁊ ep̄os capitula aliosqꝫ
locoꝝ ordinarios. omēsqꝫ alios ⁊ singulos supradictos quibus p̄ns nr̄ processus
dirigitur tenore p̄ntium requirimus ⁊ monemus primo scđo tertio ⁊ perempto
rie. ac vobis ⁊ vr̄m cuilibet in virtute sancte obedientie et sub penis infrascrip
tis districte p̄cipiendo mandamus. qtñs infra nouem dies postq̄ꝫ pro parte dic
ti dñi. n. fueritis requisiti seu alter vr̄m fuerit requisitus immediate sequeñ. quo
rum nouem dierū tres pro primo tres pro scđo ⁊ reliquos ⁊c̄ assignamus fruct⁹
redditus ⁊ prouentus iura obuentioñ ⁊ emolimenta canonicatuū ⁊ prebeñ ⁊ alio
rum beneficioꝝ quoruncunqꝫ que idem. n. in quibusuis ecclesiis siue locis obti
net ⁊ imposterū obtinebit cum ea integritate cū qua illos perciperet ⁊ haberet
si in ecclesiis ip̄is siue locis in quibus canonicatus ⁊ p̄benda ac beneficia hmōi
nunc cōsistunt ⁊ in futurum consistent p̄ns ⁊ personaliter resideret eidem. n. vel
procurī suo ministretis ⁊ ministrari faciatis sine difficultate rebellione ⁊ opposi
tione quibuslibet debitis et consuetis eorundem beneficioꝝ supportatis oneri
bus. Dictumqꝫ. n. ad residendū personaliter in eisdē ecclesiis siue locis nullate
nus ꝯpellatis ⁊ molestetis ꝯtra concessionis p̄dicte tenorem seu ꝯpelli aut mo
lestari faciatis non obstañ oībus ⁊ singulis que p̄fatus dñs nr̄ papa in prefatis
l̄ris ap̄licis voluit nō obstare. Quod si forte ⁊c̄. ac impedientes ipsum. n. vel

procurẽm suum super p̄missis in aliquo quominus hmõi fructus redditus ꝛ pro uentus sibi ministrentur ac ip̄m impedieñ dantes auxilium ꝯsilium vel favorem ꝛc̄. In capitula vero ecclesiarũ in quibus idem. n. bñficium obtinet ꝛ imposterꝝ obtinebit ꝛc̄. ut p̄fertur que in p̄missis ꝯtradixerint suspeñ a divinis. ac in ip̄as ec clesias et loca interdicti ecclesiastici s̄nias ꝛc̄. promulgamus. Vobis vero R̄n dissimis ac R̄ndis in xp̄o p̄ribus ꝛ dñis dñis patriarchis archiep̄is ꝛ ep̄is prefa tis dũtaxat exceptis quibus ꝛc̄. Ceterum ꝛc̄. Tabellionib⁹ publicis quibuscũq; per civitates ꝛ dioc. ac alia loca hmõi in quibus idem. n. bñficia obtinet ꝛ obti nebit ut p̄fertur. ꝛ alibi vbilibet ꝯstitutis ꝛc̄ procurent. ac hmõi fructus reddit⁹ ꝛ proveñ iuxta p̄dicte ꝯcessionis ꝯtinentiam ꝛ tenorem p̄fato. n. uel procurẽ suo debit̄ et consuet̄ supportatis oneribus ministrari faciant seu faciat. dictũq;. n. ad residendũ in eisdem ecclesiis sive locis nullatenus p̄ ordinarios et capitula aut quosuis alios ꝯtra p̄dicte concessionis continentiã ꝛ tenorem ꝯpelli seu mo lestari p̄mittant seu permittat. Et nihilominus ꝛc̄.

¶ Processus similis in studio residendo.

Reverendo in xp̄o p̄ri ꝛ dño dño dei ꝛ ap̄lice sedis gr̄a ep̄o. n. eiusq; in sp̄ũ alibus ꝛ t̄palibus vicario ꝛ officiali generali. Necnõ venerabilibus ꝛ cir cumspectis viris dñis decano ꝛ capitulo ecclesie. n. in qua venerabilis vir dñs n. canonicatũ ꝛ prebeñ obtinet. oı̄busq; aliis ꝛc̄. assignamus fructus redditus et proveñ dictoꝝ canonicat⁹ ꝛ prebeñ ecclesie. n. de quibus in p̄inser̄tis lr̄is ap̄li cis fit mentio p̄ dictum tp̄s in quo lr̄arum studio vacaverit et al̄s iuxta p̄fati dñi nr̄i pape concessionis tenorem p̄fato. n. uel procurẽ suo integre ministretis. dic tumq;. n. ad residendũ interim in dicta ecclesia nullatenus molestetis seu mole stari faciatis. Quod si forte fructus redditus ꝛ proveñ hmõi p̄fato. n. vel pro curẽ suo nõ administraveritis mandatisq; ꝛ monitionibus nr̄is hmõi ymo verius ap̄licis nõ parueritis cum effectu. Nos in vos oẽs ꝛ singulos sup̄dictos qui cul pabiles fueritis in p̄missis. Et generaliter ꝛc̄. Et nihilominus ꝛc̄.

¶ Processus similis residendo in altero beneficioꝝ.

Reverendis in xp̄o patribus ꝛ dñis dñis dei ꝛ ap̄lice sedis gr̄a. n. ꝛ. n. ep̄is ac aliis locoꝝ ordinariis quibuscũq; eorumq; ꝛ cuiuslibet ipoꝝ in sp̄ũalibus vicariis ꝛ officialibus generalibus ꝛc̄. assignamus fruct⁹ redditus ꝛ proveñ iura obveñ ꝛ emolimenta canonicatuũ ꝛ prebeñ dictarũ. n. ꝛ. n. ecclesiarũ. ac quorun cunq; alioꝝ beneficioꝝ ecclesiasticoꝝ cum cura vel sine cura etiã si canonicat⁹ ꝛ prebeñ ac dignitates p̄sonatus administratiões uel officia in cathedralib⁹ me tropolitañ ꝛc̄. vt in bulla que dictus dñs. n. in quibusuis ecclesiis sive locis obti net ꝛ imposterũ obtinebit cum ea integritate quotidianis distributõibus dunta xat exceptis. cũ qua illos p̄ciperet et hẽret si in dictis ecclesiis sive locis in qui bus beneficia hmõi ꝯsistunt sive ꝯsistant p̄sonaliter resideret eidem. n. in aliquo beneficioꝝ suoꝝ ecclesiasticoꝝ residendo quoad vixerit uel procurẽ suo pro eo ꝛ eius nõie iuxta p̄fati dñi nr̄i pape cõcessionis tenorem administretis seu admi nistrari faciatis sine difficultate et ꝯtradictione quibuscunq;. dictũq; dñm. n. ad

130

residendū in ecclesiis siue locis antedictis nullatenus cōpellatis vel al's contra hmōi concessionis tenorem quōlibet molestetis aut compelli seu molestari faci atis nec etiā permittatis. Quod si forte pmissa omnia ⁊ singula. vt in processu de pcipiēdo fruct⁹ in absētia vsqꝫ excōis. In capitula vero ⁊ collegia quecūqꝫ in et sub quibus dictus.n. beneficia obtinet seu imposterum obtinebit in his delin queñ suspensioñ a diuinis. ⁊ in ipoꝝ delinqueñ ⁊ rebelliū hmōi ecclesias inter dicti ecclesiastici sniās ferimus in his scriptis ⁊ etiam promulgamus. vobis ve ro ⁊c. Ceterum cū ad executionem ⁊c. vsqꝫ quibuscūqꝫ per ciuitat. et dioc.n. ⁊.n. ⁊ alioꝝ locorum in quib⁹ ⁊c. se excuset. Ad vos dños.n. ⁊.n. ordinarios ca pitula oēsqꝫ alios et singulos supradictos quibus pñs nr̄ processus dirigitur ⁊c. ac personas ⁊ loca alia de quibus ⁊c. procurent ac hmōi fructus redditus et pro uentus pfato.n. in aliquo beneficioꝝ suoꝝ residendo quoad vixerit vel procurī suo eius nomine prout ad eos cōiter vel diuisim pertinet iuxta pdicte concessio nis tenorem ministrent seu ministrari faciant ⁊ procurent plenarie ⁊ integre. ip sumqꝫ dñm.n. ad residendū interim in ecclesiis siue locis pdictis nullaten⁹ per vos seu capitula hmōi aut quoscūqꝫ alios ɔpelli uel al's contra iam dicte ɔcessi onis tenorem quōlibet molestari permittant. Et generaliter ⁊c.

¶ Processus legitimationis.

¶ Processus sup legitimatione bastardi per summū pñiarium.

Uniuersis ⁊ singulis pñtes lr̄as siue hoc pñs publicum instr̄m inspecturis Ludouicus dei ⁊ aplice sedis grā epus.n. ad pñs in Ro.cu. residens exe cutor vnicus ad infrascripta aucte aplica specialiter deputat⁹. Salutem in dño Lr̄as Sanctissimi in xpo prīs et dñi dñi.n. miseratione diuina tituli.n. sacrosan cte Romane ecclesie pbr̄ cardinalis dñi nr̄i pape ⁊ sancte sedis aplice maioris penitentiarii eius vero sigillo oblongo in cera rubea alba circūdata cum cordu la sericea rubei croceiqꝫ coloris modo pñiarie aplice impendeñ sigillatas sanas ⁊c. nobis per discretū virum.n. in eisdem lr̄is aplicis principaliter nominatum ⁊c. coram notario publico ⁊ testib⁹ infrascriptis ⁊c. Post quarūquidem ⁊c. factas fuimus per dictum dñm.n. debita cum instantia requisiti ⁊c Idcirco aucte apli ca qua fungimur in hac parte cōsideratis diligenter circūstantiis vniuersis que circa ydoneitatem psone dicti.n. erant considerande. Quia clare ⁊ euidēter no bis constitit ⁊ legitime cōstat eundem.n. fore vite laudabilis ⁊ conuersatōis ho neste ipm.n. nō fuisse paterne incōtinentie imitatorem. aliaqꝫ sibi merita reppe rimus suffragari ad dictam dispensationis grām obtinendum. cum eodem.n. qd hmōi defectu nataliū quem patitur de pbr̄o genitus et soluta et aliis pmissis in suprascriptis lr̄is aplicis contentis nō obstare ad oēs possit etiam sacros ⁊ pbr̄a tus ordines promoueri ⁊ beneficiū ecclesiasticū etiam si curam animarū habe at obtinere aucte aplica nobis in hac parte commissa misericorditer dispēsaui mus ac tenore pñtium dispensamus. Ita tamen qd idem.n. prout requirit onus beneficii qd eum post dispensationē hmōi obtinere contigerit se faciat statutis

a iure temporibus ad ordines promoueri et personaliter resideat in eodem. Alioquin dicta dispensationis gra quo ad beneficiũ ipm nullius sit momenti. et omnia alia fecimus in pmissis que et prout per dictum dñm pñiarium maiorem nobis extitit pmissum. In quorum omniũ et singulorum etc. pñtes lras in forma publici instri redactas per notarium publicũ infrascriptum signari et subscribi mandauimus. Sigilliqz nri iussimus et fecimus appensioñ communiri. Dat. etc. Act. etc. Pñtibus ibidem etc.

¶ Processus super simili dispensatione qñ fuit auctẽ ordinaria ad minores ordines et beneficiũ dispensatum.

Uniuersis etc. aliaqz sibi merita repperimus suffragari ad dictam dispensationis grãm obtinendum cũ eodem. n. cum quo als super defectu nataliũ quem patitur de. n. genitus et. n. ut eo nõ obstante defectu ad oẽs minores ordines posset promoueri et beneficiũ ecclesiasticum cui cura nõ imminet animarũ obtinere ordinaria auctẽ fuit dispensatũ. Cuius dispensationis vigore clericali caractere insignitus et ad minores ordines rite promotus fuit. prout nobis legitime pstitit atqz constat. qd hmõi natalium defectu nõ obstante ad omẽs sacros etiam pbratus ordines possit promoueri. Et si ex fructibus redditibus et prouẽtibus huiusmõi beneficii qd eum vigore dicte ordinarie dispensationis obtinere contigerit sustentari nõ poterit: vnum aliud beneficium cõpatibile cum dicto beneficio obtinendo etiam si curam habeat animarũ in ecclesia cathedrali. etc. merit auctoritate aplica nobis in hac parte cõmissa dispensauimus et tenore pñtium dispensam[9]. Ita tamen qd idem. n. prout requirit onus beneficii etc. vt in pcedentibus.

¶ Processus super mandat de prouideñ secularibus.

¶ Processus super mandato de prouidendo de parrochiali vacañ per assecutionem incompatibilis.

Reuerendo in xpo patri et dño dño etc. omnibusqz aliis et singulis etc. ut sup. Post quarũquidem lrarum etc. usqz Nos igitur. n. iudex et executor prefatus etc. vsqz tenemur. Quia ex testimonio nonnullorum fidedignorum testium coram nobis super hoc productorum comperimus pfatam parrochialem ecclesiã ex eo vacare qd venerabilis vir. n. olim dicte ecclesie rector parrochialem ecclesiam. n. A. dioc. auctẽ aplica sibi collatam fuit pacifice assecutus. Idcirco auctoritate aplica qua fungimur in hac parte parrochialem ecclesiam. n. sic vacantem cum omnib[9] iuribus et pertinentiis suis vniuersis prefato domino. n. petenti et id humiliter fieri postulanti conferimus et assignauimus ac prouidemus etiã de eadem. ac eundem. n. coram nobis personaliter constitutum in corpalem realẽ et actualem possessionem seu quasi parrochialis ecclesie iuriumqz et pertinentiarum predictorum per birreti nri traditionem induximus et inuestiuimus de eadem Que omnia et singula etc. ut in vacañ in curia etc.

Eodem modo facies de quibusuis aliis beneficiis aut dignitatibus.

¶Processus mandati de prouidendo de canonicatu & p̄benda vacañ per contractum matrimonii.

Reuerendo in xp̄o patri & dño dño dei & ap̄lice sedis gratia. ·Ac venerabilibus viris dñis capitulo ecclesie. n. omnibusq3 aliis & singulis &c. ut in aliis. Post quarūquidem &c. ut tenemur. Quia cōperimus canonicatum & prebēdam ecclesie. n. ex eo vacare. Quia uenerabilis vir. n. nuper dicte ecclesie canonicus p̄bendatus & matrimoniū cum quadam muliere per verba legitima de p̄nti ꝯtraxit carnali copula secuta. Idcirco auctoritate ap̄lica qua fungimur in hac parte canonicatum et p̄bendam predict⁹ sic vacañ cum plenitudine iuriscanonici omnibusq3 iuribus & pertinentiis suis cōferimus & assignamus ac prouidem⁹ etiam de eisdem. ac eundem. n. propter hoc coram nobis ꝯstitutum in corporalem realem & actualem possessionē seu quasi canonicatus et prebende iuriumq3 & ptinentiarum predictoꝝ per birreti nr̄i traditionem induximus & inuestiuimus de eisdem. Vosq3 dñm episcopum et capitulum. n. ut in simili de beneficio vacante in curia.

¶Processus mandati de prouidendo de beneficio vacante per cessionem.

Post quarūquidem lr̄arum ap̄licarum p̄ntationem et receptionem. Cōstitutus coram nobis prefatus. n. quoddam publicum instr̄m per discretum virum dñm. n. publicum ap̄lica auctoritate notarium in nota receptum subscriptum et signatum ad verificandū cessionem de qua in preinsertis lr̄is ap̄licis fit mentio. Nosq3 de illa veraciter informandū ibidem facto produxit & ad lr̄arum ap̄licarum predictarum ac contentoꝝ in eisdem debitam executionem procedi per nos debita cum instantia postulauit. iuxta traditam seu directam per eas a sede ap̄lica nobis formam. Nos igitur. n. &c. vsq3 reuerenter exequi ut tenemur. Quia ex tenore predicti instr̄i nobis legitime constitit atq3 cōstat. qd̄ prefatus dñs. B. liti et cause ac om̄i iuri sibi in dicta capellania vel ad eam quomōlibet pertineñ vel competeñ coram notario publico et testibus fidedignis in eodem instr̄o descriptis apud sedem ap̄licam sponte et libere cessit. Idcirco auctoritate ap̄lica nobis commissa & qua fungimur in hac parte cessionem huiusmōi hac vice dumtaxat admisimus et admittimus per p̄ntes. Eaq3 p̄ nos admissa capellaniam p̄dictam siue per obitum vel cessionem huiusmōi aut al's quouismodorū in eisdem lr̄is ap̄licis expressatoꝝ vacañ. nobis non cōstito qd̄ tempore dat⁹ dictarum lr̄arum &c. Que omnia &c.

¶Processus de prouidendo de beneficio per deuolutionem vacañ.

Reuerendo in xp̄o patri &c. ut in aliis vsq3 reuerēter exequi vt tenemur. de ꝯtentis in p̄insertis lr̄is ap̄licis & aliis nobis cōmissis nos inquisiuimus & informauimus diligēter. Et quia p̄ informatōem hm̄oi ꝯperimus eccl'iam de. n. A.

de tanto tp̄e vacauisse ⁊ ad p̄ns vacare. qꝺ eius collatio iuxta Lateraneñ statuta cōcilii ad sedem ap̄licam legitime deuoluta existat. Jdcirco auc̄te ap̄lica nobis commissa ⁊ qua fungimur in hac p̲te ecclesiam p̄dictam sic vacantem cum om̄i bus iuribus ⁊ pertineñ suis prefato dn̄o. n. ibidem p̄n̄ti ⁊ id humiliter fieri petē ti primitus nobis nō constito qꝺ tempore dat⁹ dictarum l̄rarum ap̄licarum in di cta ecclesia esset alicui ius specialiter quesitum ꝯtulimus ⁊ assignauimus confe rimus ⁊ assignamus ac prouidemus etiā de eadem. ac eundem dn̄m. n. in corpo ralem realeꝫ ⁊ actualem possessionē seu quasi dicte ecclesie iuriumq̄ꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ ut melius potuimus ⁊ debuim⁹ posuimus ⁊ induximus. ponimusq̄ꝫ ⁊ inducimus p̄n̄tium per tenorem. inuestientes eundem dn̄m. n. per dictarum l̄ra rum ap̄licarum traditionem p̄n̄tialiter de eisdem vel eadem. Quocirca vos. d. ep̄m. n. ⁊ capitulum ⁊c̄.

¶ Processus mandati de prouidendo de beneficio vacañ per ingressum religionis.

REuerendo in xp̄o patri ⁊c̄. ut supra. Post quarūquidem l̄rarum ap̄licaruꝫ ⁊c̄. usq̄ꝫ vt tenemur. Quia ex testimonio ⁊ relatione fidedignorum testium comperimus canonicatū ⁊ p̄bendam seu parrochialem ecclesiā de. n. A. dioc. ex eo vacare qꝺ uenerabilis vir. n. nuper ip̄ius ecclesie canonicus prebendatus monasteriū. n. ordinis. n. dioc. n. ingressus habitū dicti monasterii recepit ⁊ pro fessionem exp̄ssam in eo emisit. Jdcirco auc̄te ap̄lica nobis cōmissa et q̄ fungi mur in hac parte prefat⁹ canonicatum et p̄bendam sic vacañ. prefato. n. conferi mus ⁊ assignamus ac prouidemus etiā de eisdem vel eodem. ac ip̄m. n. corā no bis propter hoc constitutum in corp̲alem possessionem seu quasi canonicat⁹ et prebeñ iuriumq̄ꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ per birreti n̄ri traditionem inducimus ⁊ inuestimus de eisdem p̄n̄tium per tenorem ⁊c̄.

¶ Processus mādati de prouidendo de beneficio vacañ per lapsum temporis ⁊c̄.

REuerenter exequi ut tenemur. Quia ex relatione nonnulloꝝ fidedignorū testium super hoc corā nobis productoꝝ sufficienter examinatoꝝ compe rimus canonicatū ⁊ p̄bendam ac thesaurariam predict⁹ ex eo vacare qꝺ R̄ndissi mus in xp̄o pater. n. electus. n. tunc dictos canonicatum ⁊ p̄bendam ac thesaura riam obtinens. munus ꝯsecrationis infra tp̄s de consecrandis ep̄is a canonibus diffinitum nō suscepit vel saltem tp̄s ip̄m elapsum fuisse ⁊ esse. Jdcirco auctori tate ap̄lica ⁊c̄. ut in aliis infra positis.

¶ Processus mandati de prouidendo de vacañ per obitum extra curiam.

REuerendo in xp̄o patri ⁊ dn̄o dn̄o dei ⁊ ap̄lice sedis gr̄a Ep̄o. n. ⁊c̄. omni busq̄ꝫ aliis ⁊ singulis quoꝝ interest intererit ⁊c̄. ut supra. aut quacunq̄ꝫ p̄ful geant dignitate. Petrus eadem gr̄a ep̄us. n. ⁊c̄. Sixtus ⁊c̄. Post quarumquideꝫ l̄rarum ⁊c̄. ut tenemur. Jdcirco auc̄te ap̄lica nobis in hac parte ꝯmissa parrochi alem ecclesiā de. n. de qua in p̄insertis l̄ris ap̄licis fit mentio per obitū. n. illius

132

vltimi possessoris extra Ro. cu. defuncti aut al's quouismodorum in eisdem lris aplicis expressatorum vacan. nobis non cōstito qđ tempore dat' lrarum aplicarum esset in dicta parrochiali ecclesia alicui specialiter ius quesitū eidem dño. n. ibidem pñti et id humiliter flexis genibus fieri petenti cum omibus iuribus et pertinentiis suis cōtulimus. ipmq3 dñm. n. in corpalem possessionem seu quasi dicte parrochialis ecclesie iuriumq3 et pertineñ predictorum per dictarū lrarum aplicarum traditionem posuimus et induximus ponimusq3 et inducimus ac etiā inuestimus de eadem pñtium per tenorem. Que oia &c. vt supra per totum.

¶ Per resignationem in manibus iudicis.

Reuerendo in xpo patri et dño dño. &c. Petrus eadem gra epus. n. ad pñs in Ro. cu. residens iudex et executor vnicus ad infrascripta a prefata sede aplica specialiter deputatus. &c. Post quarumquidem &c. ut pmittitur factas. constitutis corā nobis venerabilibus viris dñis. n. et n. clerico. n. dioc. procure et nomine procuratorio honorabilis viri dñi. n. alterius principalium in preinsertis lris aplicis principaliter nominatorum tunc rector parrochialis ecclesie de. n. dioc. n. de qua in preinsertis lris aplicis fit mentio prout p quoddam publicum procurationis instrm signo et subscriptione discreti viri dñi. n. publici aplica auctoritate notarii signatum et subscriptū nobis extitit legitime facta fides ex vna et prefato dño. B. altero principalium in ipis lris aplicis principaliter nominatorum partib9 ex altera. prefatus. A. procur et nomine procuratorio quo supra gratis et ex certa sciētia ac sponte et libere ex causis in preinsertis lris aplicis expressis parrochialem ecclesiā predictam quā obtinet cum omibus iuribus et ptinentiis suis in manibus nris sponte et libere resignauit. Tandē pro parte pfati dñi. n. principalis fuimus debita cum instantia requisiti ut resignationem hmōi recipere et admittere ad executionem dictarum lrarum aplicarum et contentorū in eisdē procedere curaremus iuxta traditā seu directam per easdem a sede aplica prefata nobis formā. Nos igitur. n. epus iudex et executor pfatus. volentes mandatum aplicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi vt tenemur. Idcirco aucte aplica nobis commissa et qua fungimur in hac parte pfatam resignationem de dicta parrochiali ecclesia in manibus nris ut pmittitur factam hac vice dūtaxat recepimus et admisimus. ac recipimus et admittimus per psentes. Quaquidem resignatione p nos recepta et admissa primitus ab eisdem dñis. n. principali et. n. procuratorio nomine quo supra ad sancta dei euāgelia pstito iuramento. q in resignatioñ hmōi non interuenit fraus dolus symonie labes aut alia qua prauitas seu etiā corruptela. parrochialem ecclesiam pdictam p resignationem hmōi tunc sue alio quouismodorum in eisdem lris aplicis expressorum vacan. nobis non pstito qđ tempore dat' lrarum aplicarum pdictarum esset in ea alicui specialiter ius quesitū. cum omnibus iuribus et pertineñ suis prefato dño. n. ibidem pñti et flexis genibus id humiliter petenti et recipienti cōtulimus et assignauimus conferimusq3 et assignamus ac prouidimus et prouidemus etiā de eadem ipm dñm. n. in corpalem possessionem seu quasi parrochialis ecclesie iuriumq3 et

pertinentiarũ predictoꝝ per dictarum lrarum aplicarum traditionem posuimus ꝛ induximus. ponimusqꝫ et inducimus ac inuestimus de eadem per pñtes. Que omnia ꝛ singula necnon pfatas lras ꝛc. vt in vacañ in curia.

¶ Per resignationem in manibus pape cum cõmissione si sit ydoneus.

Reuerendo in xpo patri ꝛc. reuerenter exequi ut tenemur. Quia per diligẽtem examinatõem per nos ut nobis mandabat factam pfatum dñm. n. coram nobis propter hoc psonaliter cstitutum ad parrochialem ecclesiã de. n. de qua in preinsertis lrĩs aplicis fit mentio obtinendõ sufficientem ꝛ ydoneum fore repperimus. Idcirco aucte aplica nobis commissa ꝛ qua fungimur in hac parte parrochialem ecclesiã de. n. pdictam per liberam resignatõem venerabilis viri dñi. n. nup ipius ecclesie rectoris de illa quã tunc obtinebat pro eo qd ut asserebatur p discretũ virum dñm. n. procurẽm suum ad hoc ab eo specialiter cõstitutum in manibus pfati Sanctissimi dñi nri pape factã ꝛ p eum admissam vacañ etiam si quibusuis aliis modis in dictis lrĩs pinsertis aplicis ctentis vacauerit. pfato. n. cum omnibus iuribus ꝛ pertineñ suis aucte nra ymouerius aplica predicta cõtulimus ꝛ assignauimus. conferimusqꝫ et assignamus per pñtes ac prouidimus et prouidemus de eadem. ipmqꝫ in corpalem possessionem seu quasi parrochialis ecclesie iuriumqꝫ ꝛ pertinentiarũ predictoꝝ per dictarum lrarum aplicarum traditionem posuimus ꝛ induximus ponimusqꝫ et inducimus tenore pñtium ꝛ inuestimus etiã de eadem. Vosqꝫ dñm epum ꝛ vicarium officialem. oẽsqꝫ alios ꝛ singulos ꝛc.

¶ Per resignationem ex causa permutationis pro ambabus partibus.

Reuerendo in xpo patri ꝛc. Post quarumquidẽ lrarum aplicarum pñtationem ꝛ receptõem nobis ꝛ per nos ut pmittitur factas. cstitutis coram nobis prefatis dñis. A. ꝛ. B. procurẽibus nominibus procuratoriis quibus sup ac pro ipis parrochialem ecclesiã quam. A. et altare predict. qd. B. pfati obtinebant ex certis rõnabilibus causis inuicem permutare desideraũ in manib⁹ nrĩs ex causa permutatioñ hmõi sponte resignarũt. ipasqꝫ resignationes per eos sic factas admitti per nos postularunt. Nos vero resignationes hmõi ex causa predicta aucte aplica predicta hac vice dumtaxat duximus admittendas ꝛ recipiendas recipimusqꝫ ꝛ admittimus per pñtes. Susceptis prius ab eisdem procuratoribus ad sancta dei euangelia tactis scripturis sacrosanctis corporalibus iuramentis qd in resignationibus predictis ex parte dictoꝝ. A. ꝛ. B. nõ interuenit neqꝫ interueniet aliqua prauitas seu corruptela. Quibusquidem resignatiõibus sic vt pmittitur factis ꝛ p nos admissis ꝛ receptis fuimus pro parte. n. ꝛ. n. hinc inde procuratoꝝ debita cũ instantia requisiti. quatenus ad vlteriorem dictarum lrarum aplicarum executionem procedere curaremus iuxta ipsarum ctinentiam ꝛ tenorem. Nos igitur. n. executor pfatus volentes mandatum aplicum supdictum nobis directum reuerenter exequi ut tenemur. Idcirco aucte aplica nobis

ꝓmissa ꝛ q̄a fungimur in hac parte altare.n.necnō parrochialem ecclesiā ante dictā per hmōi sic factas ꝛ admissas resignatōes aut al's quouismodoꝝ in eisdē lr̄is aplicis expressatoꝝ ꝛ designatoꝝ vacañ cum oibus iuribus ꝛ pertineñ predictis.nobis nō cōstito q̄d tpe dat⁹ lr̄arum aplicarum p̄dictarum esset in parrochiali ecclesia ꝛ altari predict⁹ alicui specialiter ius quesitū.n.antedictis q̄uis absentibus in personns tū dictoꝝ procuratoꝝ ꝯtulimus ꝛ assignauimus ac ꝯferimus ꝛ assignamus p̄ntium per tenorē.ipsosq̧ dños.n.in altari.necnō.d.in parrochiali ecclesia iuriūq̧ ꝛ pertineñ predictoꝝ in dictoꝝ suoꝝ procuratoꝝ personas humiliter postulanti aucte aplica supradicta in corpalem possessionē seu quasi posuimus ꝛ induxim⁹ ponimusq̧ ꝛ inducimus per p̄ntes. Inuestieñ nihilomin⁹ ipsos procures quibus supra nōibus procuratoriis per dictarum lr̄arum aplicarū in eoꝝ manibus traditōem principaliter de eisdē. Que oīa ꝛ singula necnō lr̄as ꝛc̄.ut supra. vsq̧ requisitiōem vobis seu alteri vr̄m pro parte dictoꝝ dñoꝝ .C. D.ꝛ ipoꝝ cuilibet super hoc fact⁹ immediate sequeñ. quoꝝ ꝛc̄.assignamus p̄fatos dños.C.ad altaris.ꝛ.D.uel procures suos eoꝝ nōibus ad parrochialis ecclesie iuriūq̧ ꝛ pertineñ predictoꝝ corpalem realem ꝛ actualē possessionem recipiatis ꝛ in possessionem hmōi aucte predicta ponatis inducatis ꝛ defendatis inductos seu poni induci et defendi faciatis amotis quibuslibet detentorib⁹ ab eisdem.quos nos inquantū possumus amouemus ꝛ denūciamus amotos.ipsosq̧ dñm.C.uel procurem suuȝ pro eo ad altare ꝛ ipm.D.vel procurem pro eo ad parrochialem ecclesiā hmōi ut est moris admittatis.necnō dñis.C.de altaris ꝛ.D.predict⁹ de parrochialis ecclesie predictoꝝ fructibus redditibus proueñ iuribus ꝛ obueñ vniuersis prout ad vos cōiter uel diuisim pertinet rñdeatis ꝛ faciatis ab aliis quantū in vobis fuerit plenarie ꝛ integre rñderi. Quod si forte p̄missa omnia et singula ꝛc̄. vsq̧ se excuset.ad vos dños epm oēsq̧ alios ꝛ singulos supradictos.ac ipas capellā ꝛ parrochialem eccliam p̄dictam personasq̧ et loca alia de quibus expediens fuerit psonaliter accedant ꝛc̄. vt sup̄.vsq̧ procurent.ac dños.C.in altaris ꝛ.D.p̄dictos uel procures suos eoꝝ nōibus in parrochialis ecclesie iuriūq̧ ꝛ pertineñ predictoꝝ corpalem realem ꝛ actualē possessionem inducant aucte predicta et defendant inductos.amotis quibuslibet detētoribus ab eisdem.quos nos ut supra inquantū potuimus amouim⁹ ꝛ denunciauimus amotos.ipsosq̧ dños.C.ad altare ꝛ.D.uel procures suos pro eisdeȝ ad parrochialem ecclesiā ut est moris admittant seu admitti faciāt. Necnon dict⁹ C.de altaris ꝛ.D.de parrochialis ecclesie fructib⁹ redditibus proueñ iurib⁹ ꝛ obueñ vniuersis rñdeant ꝛ faciant ab aliis quantū in eis fuerit plenarie et integre rñderi. Et generaliter oia alia.ut in primo expectatiuarum.

¶ Per resignatōem cū assignatione pensioñ resignati pro ambabus ptibus.

Reuerendo in xp̄o patri ꝛ dño dño dei et aplice sedis gr̄a epo.n.eiusq̧ in spiritualibus ꝛ tempalibus vicario ꝛ officiali generali. oibusq̧ aliis et singulis ꝛc̄. Post quarūquidem lr̄arum aplicarum p̄ntationem et receptionē vsq̧ factas. Constitutis coram nobis dñis.n.procure. et nōie procuratorio quo sup̄

ex vna. ⁊.n. pro seipo in ipis lr̄is aplicis principaliter nominato partibus ex alte
ra. dictus. n. procur̄ nomine procuratorio quo supra gratis et ex eius certa scien
tia ⁊ sponte pure libere ex causis in p̄insertis lr̄is aplicis mentionatis parrochia
lem ecclesiā de. n. cum om̄ibus iuribus et pertinentiis suis resignauit. Quāqui
dem resignationem recipi ⁊ admitti dictoqꝫ. n. principali super fructib⁹ redditi
bus ⁊ prouentibus dicte parrochialis ecclesie iuxta contenta ⁊ narrata in p̄inser
tis lr̄is aplicis pensionem annuā. x. librarum turoneñ paruo. constitui et assigna
ri ⁊ ad p̄dictarum lr̄arum aplicarum ⁊ contentoꝝ in eisdem debitam executōem
procedi per nos tam ip̄e procurator q̄ꝫ etiam. n. principalis prefati debita cum
instantia postularunt. iuxta traditam seu directā per eas a sede aplica nobis for
mam. Nos igitur. n. ep̄us iudex ⁊ executor p̄fatus. volentes mandatuꝫ aplicum
supradictum nobis in hac parte directū reuerenter exequi ut tenemur. Idcirco
auc̄te aplica nobis commissa ⁊ qua fungimur in hac parte p̄fatam resignatiōem
de ip̄a parrochiali ecclesia in manibus nr̄is ut p̄mittitur factam hac vice duntax
at recepimus ⁊ admisimus ac recipimus ⁊ admittim⁹ per p̄ntes. Quaquideꝫ re
signatione per nos recepta ⁊ admissa parrochialem ecclesiā predictam per hu
iusmodi resignationem ut p̄mittitur fact͛. aut al's quouismodoꝝ in ipis lr̄is apl'i
cis contentorum vacañ. nobis non constito qd̄ tp̄e dat͛ dictarum lr̄arum aplica
rum esset in eadem parrochiali ecclesia alicui specialiter ius quesituꝫ dicto dño
. n. cum om̄ibus iuribus ⁊ pertinentiis suis contulimus ⁊ assignauimus. conferi
musqꝫ ⁊ assignamus ac prouidimus ⁊ prouidemus etiā de eadem. necnō. n. pre
fato super fructib⁹ redditibus ⁊ prouentib⁹ dicte parrochialis eccl'ie pensionē
annuā. x. librarū eidem dño. n. quoad vixerit vel procur̄i suo legitimo ab eo spe
ciale mandatum hn̄ti per ip̄m dn̄m. n. suosqꝫ successores dicte ecclesie. n. recto
res pro tp̄e exn̄tes in festo. n. in ciuitate. n. annis singulis persoluendā reseruaui
mus ꝯstituimus ⁊ assignauimus. Sup̄ quibusquid̄ terminis ⁊ loco ad dictā annu
am pensionem. x. librarū persoluendā ut p̄mittitur statutis ⁊ ordinatis ip̄e. n. p̄n
cipalis ⁊. n. procur̄ nōie quo supra corā nobis ꝯuenerunt ⁊ ꝯcordarunt. ipsumqꝫ
dn̄m. n. ibidem p̄ntem in corp̄alem possessioneꝫ seu quasi dicte parrochialis ec
clesie iuriumqꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ prout melius potuimus ⁊ debuim⁹ per di
ctarum lr̄arum aplicarum in suis manibus traditōem ⁊ restitutionem posuim⁹ ⁊
induximus. ponimusqꝫ inducim⁹ ⁊ inuestimus etiam de eadē p̄ntium p̄ tenoreꝫ
Que oīa et singula necnon lr̄as aplicas huncqꝫ nr̄m processum vobis om̄ibus
et singulis supradictis ⁊ vr̄m cuilibet intimamus insinuamus ⁊ notificamus. ac
ad vr̄am ⁊ cuiuslibet vr̄m noticiam deducimus ⁊ deduci volumus per p̄sentes.
vosqꝫ nihilominus et vr̄m quemlibet insolidum eisdem auc̄te et tenore requiri
mus et monemus primo secūdo tertio et peremptorie cōmuniter et diuisim. ac
vobis et vr̄m cuilibet in virtute sancte obedientie et sub infrascriptis sentenci
arum penis districte precipiendo mandamus. quatenus infra sex dies post p̄n̄ta
tionem seu notificationem predictarum lr̄arum aplicarum et p̄sentis nostri pro
cessus vobis seu alteri vestrū factas. et postq̄m per prefatum dominū. n. siue ex

1348

parte sua vigore pñtium fueritis requisiti immediate sequeñ. quorũ sex dierum duos pro primo duos pro scđo ꝛ reliquos duos dies vobis vniuersis ꝛ singulis supradictis pro tertio ꝛ peremptorio termino ac monitiõe canonica assignamus. eundem dñm. n. vel procuratorem suum eius nõie in ꝛ ad corpalem realem ꝛ actualem possessioñe parrochialis ecclesie iuriumqꝫ ꝛ pertineñ predictorꝫ recipiatis ꝛ inducatis ac ab aliis recipi et induci faciatis ac inductũ defendatis. amoto ex inde quolibet illicito detentore. quẽ nos inquantũ possumus amouemus ꝛ denũciamus amotũ. sibiqꝫ de ipius parrochialis ecclesie fructibꝰ redditibus proueñ iuribus ꝛ obueñ vniuersis prout ad vos cõiter uel diuisim pertinet rñdeatis. et faciatis ab aliis quantũ in vobis fuerit plenarie et integre rñderi. Necnõ dicto .n. pensionem p̄dictam iuxta reseruationis ꝯstitutionis ꝛ assignationis p̄dictarũ tenorem persolui ac etiã impẽdi ꝛ assignari faciatis. Monemus insup modo ꝛ forma p̄missis ꝛ sub eisdem penis ꝛ censuris infrascriptis p̄fatum. n. ac suos in dicta parrochiali ecclesia successores pro tp̄e exñtes. qtñs p̄fato dño. n. vel eiꝰ procurati dictam annuã pensionem p nos ut p̄mittitur reseruatã ꝯstitutam ꝛ assignatam singulis annis loco ꝛ terminis sup̄ dictis psoluat ꝛ psoluant realiter et cũ effectu. Inhibentes nihilominus vobis oibus ꝛ singulis sup̄dictis ꝛ generalit̃ quibuscũqꝫ aliis cuiuscũqꝫ dignit. status gradus ordi. vl' ꝯditionis existant ne p̄fatis dñis. n. ꝛ. n. vel eorꝫ procuribus quominus ipe. n. parrochialem ecclesiam hmõi pacifice assequatur. ꝛ dicta annua pensio eidem dño. n. psoluatur seu quo minus oĩa ꝛ singula supra ꝛ infra scripta suũ debitum ꝯsequantur effectũ iuxta p̄dictarum lr̃arum aplicarum ꝛ pñtium nr̃orꝫ processuum vim formã ꝯtinentiam ꝛ tenorem impedimentũ aliqđ prestetis seu p̄stent. neqꝫ impedientibus ipos seu per p̄missis in aliquo detis seu dent auxiliũ ꝯsilium vel fauorem publice uel occulte directe uel indirecte quouisquesito colore. Alioquin nos in vos oẽs ꝛ singulos supradictos qui culpabiles fueritis in p̄missis ꝛ generaliter in cõtradictores quoslibet ꝛ rebelles nisi infra dictũ sex dierum terminũ a contradictione rebellione impedimento auxilio ꝛ fauore hmõi omnino desisteritis seu desisterint. ꝛ nisi monitionibus ꝛ mandatis nr̃is hmõi paruerint realiter et cũ effectu singulariter in singulos dicta sex dierũ canonica monitiõe p̄missa exnunc prout extũc ꝛ extunc prout exnunc excõis. In capitula vero ꝯuentus ꝛ collegia quecunqꝫ in his forsan qđ absit delinqueñ suspeñ a diuinis. ꝛ in iporꝫ delinquentium ꝛ rebellium ecclesias monasteria ꝛ capellas interdicti ecclesiastici snias ferimꝰ in his script. et etiã promulgamꝰ. Vobis uero dño. n. p̄fato epo dũtaxat excepto cui ob reuerentiã ꝛc. Ferantur censure posite in bulla pensioñ. Et cum ad executionem ꝛc. vsqꝫ procurent. ac eundem dñm. n. vel procuratorem suum eius nõie in ꝛ ad corpalem realem ꝛ actualem possessioñe parrochialis ecclesie iuriũqꝫ ꝛ pertineñ predictorꝫ ponant ꝛ inducant auc̃te nr̃a ymo uerius aplica p̄dicta. ꝛ defendant inductũ. amoto exinde quolibet illicito detentore quem nos ut supra inquantũ possumus amouemus et denunciamus amotũ. sibiqꝫ de ipius parrochialis ecclesie fructibꝰ redditibus proueñ iuribus ꝛ obueñ vniuersis prout ad eos

cõiter uel diuisim pertinet rñdeant. ⁊ faciant ab aliis quantũ in eis fuerit plenarie ⁊ integre rñderi. Necnon dicto dño. n. uel procurẽ suo pensionem p̄dictam iuxta reseruation̄ constitution̄ ⁊ assignationis p̄dictarum tenorẽ realiter persolui ac etiã impendi ⁊ assignari faciant ⁊ procurent. Et nihilominus quẽlibet ex ipsis. n. ⁊ successoribus p̄fatis quem in loco ⁊ termino p̄dictis aut saltez infra. xxx. dies extunc immediate sequen̄ pensionem tũc per ip̄m aut alterum successorũ p̄dictoꝝ tunc debitam hmõi non p̄soluisse cũ effectu aut eũdem. n. uel successores p̄dictos aut alterum eoꝝ cuz dicto. n. vel procurẽ suo super p̄missis amicabiliter concordatũ nõ fuisse. Sñiamq̃ excõis per nos ut p̄mittitur latam a qua ipse vel alter successoꝝ predictoꝝ preterq̃ in mortis articulo cõstitutus donec eidem dño. n. de pension̄ tunc debita fuerit integre satisfactũ aut al's cum eodem concordatũ absolui nõ possit propterea incurrisse ip̄is nr̃is subdelegatis vel eorum alteri constiterit. Quotiens ⁊ qñ super hoc pro parte dicti dñi. n. fuerint requisiti seu alter eoꝝ fuerit requisitus tamdiu singulis dñicis festiuisq̃ diebus in suis ecclesiis monasteriis ⁊ capellis dũ ibidem maior populi multitudo ad diuina audienda cõuenerit excõicatos publice denuncient ⁊ ab aliis nunciari et intimari. ac ab oibus xp̄ifidelibus artius euitari faciant. donec ⁊ quousq̃ ip̄i dño. n vel procurẽ suo p̄dicto de hmõi pension̄ tunc debite fuerit realiter ⁊ integre satisfactum. Ip̄eq̃. n. uel alter ex successoribus p̄dictis sic excõicatus ab hmõi excõicationis sentencia meruerit beneficiũ absolution̄ obtinere. Si uero ip̄e. n. vel alter ex successoribus p̄fatis sentenciam excõis hmõi per nos vt p̄mittitur latam p̄ sex menses dictos. xxx. dies immediate sequen̄ animo qđ absit sustinuerint indurato. extũc lapsis eisdem mensibus dicta parrochiali ecclesia sit priuatus. ip̄aq̃ ecclesia eoip̄o vacare censeatur. Et generaliter ⁊c̄. vsq̃ nihil in p̄iudicium dictoꝝ dñorum. n. ⁊. n. prout ip̄os respectiue tangit seu alterius eorundez attemptare valeant quõlibet in futurum ⁊c̄. vsq̃ volumus penes dictos dños. n ⁊. n. ⁊ eoꝝ quemlibet prout ip̄os diuisim et respectiue tangit aut eoꝝ procurẽs remanere ⁊ non p̄ vos ⁊c̄. vsq̃ ad finem. Sed nõ pone clausulam. p̄ processum nr̃m hmõi ⁊c̄. quia est vnicus iudex.

¶ Per vltimos p̄scriptos duos processus cõficies alios etiam qñ alteri cõpermutantium assignatur pensio.

¶ Per resignationem cã permutationis virtute facultatis p̄mutandi.

Uniuersis ⁊ singulis dñis abbatibus prioribus p̄positis ⁊c̄. per ciuitatez ⁊ dioc. n. ac al's vbilibet ꝯstitutis. ac illi uel illis ad quez uel ad quos p̄ntes nr̃e lr̃e siue p̄ns hic nr̄ processus p̄uenerint. Johannes canonicus. n. iudex et cõmissarius vnicus ad infrascripta vigore lr̃arum ap̄licarum infrascriptarũ electus. Salutem in dño ⁊ p̄ntibus fidem indubiã adhibere nr̃isq̃ hmõi ymo veriꝰ ap̄licis firmiter obedire mandatis. Noueritis qđ al's Sanctissimus in xp̄o pr̄ ⁊ dñs nr̄ dñs Sixtus diuina prouidentia papa quartus venerabili viro dño. n. canonico. n. familiari suo continuo ꝯmensali inter cetera ut tam canonicatũ et prebendam hmõi q̃ omnia alia ⁊ singula beneficia ecclesiastica cũ cura ⁊ sine cura

que tunc obtinebat ⁊ imposterū obtineret simul uel successiue simplicit aut pro similibus uel dissimilibus bñficiis ecclesiasticis que dispositioni aplice generaliter reseruata nō forent ex cā permutationis in qua tam̄ nulla illicita pactio seu symoniaca prauitas interueniret extra Ro. cu. in ordinariorū locoꝝ aut quaruncunqꝫ cathedraliū ecclesiarum canonicoꝝ seu in dignitate ecclesiastica ꝯstitutarum ꝑsonarum quos vel quas duceret eligendos vel eligendas manibus sedis aplice uel cuiusuis alterius lr̄ia super hoc minime requisita extra Ro. cu. resignandum ac ordinariis canonicis et personis p̄fatis resignation̄ ipas simpliciter vel ex eadem cā auc̄te aplica recipiendum ⁊ admittendū. necnō illa que simpliciter ydoneis per ip̄m dn̄m. n. nōiandum etiā quecunqꝫ qd̄cunqꝫ et qualiacunqꝫ bñficia ecclesiastica obtinentibus uel spectantibus et que ex cā predicta cōpermutantibus ꝑsonis necnō ea que cōpermutan̄ ipi resignarent bñficia etiamsi canonicatus ⁊ preben̄ dignitates ꝑsonatus administratiōes uel officia in cathedralibus etiā metropolitan̄ uel collegiatis forent ⁊ ad illas illos uel illa ꝯsueuissent qui ꝑ electionem assumi eiqꝫ cura immineret animarū dūmodo dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitan̄ post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis hmōi principales nō existerent eidē dn̄o. n. auc̄te p̄fata conferend̄ ⁊ de illis etiam prouidend̄ oiaqꝫ ⁊ singula in p̄missis ⁊ circa ea necessaria ⁊ oportuna faciendi ⁊ exercendi plenā ⁊ liberam lr̄iam cōcessit et etiā facultatem prout in lr̄is aplicis eiusdem dn̄i nr̄i pape desuꝑ confectis plenius ꝯtinetur. Quas quidem lr̄as aplicas eiusdem dn̄i nr̄i pape vera bulla plumbea cū filis sericeis rubei croceiqꝫ coloris more Roman̄ cu. impenden̄ bullatas sanas siquidē et integras nō viciatas non cancellatas neqꝫ in aliqua sui parte suspectas. sed omni prorsus vicio ⁊ suspitione carentes. nobis per p̄fatum dn̄m. n. corā notario publico ⁊ testibus infrascriptis p̄ntatas nos cum ea qua decuit reuerentia recepisse noueritis tenorem qui sequitur continen̄. Sixtus ⁊c. Quarum quidem lr̄arum aplicarum vigore prelibatus dn̄s. n. canonicus propterea corā nobis personaliter cōstitutus. nos. n. canonicum p̄fatum ut melius potuit duxit eligenduꝫ atqꝫ elegit. ad cuius instantiā ⁊ requisitionem onus seu facultatem hmōi ut melius potuimus ⁊ debuimus duximus acceptand̄ ⁊ resumend̄ prout acceptauimꝰ et resumpsimus. Post quarumquid̄ electionem ⁊ acceptationem in nobis ⁊ ꝑ nos ut p̄mittitur factas. Constitutis ꝑsonaliter coram nobis dn̄o. n. canonico predicto. Et venerabili viro dn̄o. n. etiam canonico principalibus ⁊ principalit pro seip̄is perpetuum simplex seruitoriū beneficium de. n. ville de. n. dioc. qd̄. n. et parrochialem ecclesiā sancti. n. quā. n. obtinebant ex certis rōnabilibus causis permutare desideran̄ in manibus nr̄is ex cā permutation̄. hmōi sponte resignarunt. ipasqꝫ resignationes per eos sic fact̄ admitti per nos debita cum instantia postularunt. Nos vero resignatōes p̄dictas ex cā predicta auc̄te aplica prefata duximus admittendū ⁊ recipiendum admisimusqꝫ ⁊ recepimꝰ prout admittimꝰ ⁊ recipimus per p̄ntes. Susceptis prius ab eisdē dn̄is. n. ⁊. n. principalibꝰ ad sancta dei euangelia tactis scripturis sacrosanctis corꝑalibus iuramentis qd̄ in

hm̄oi resignationibus ex parte. n. neq₃ etiā ex parte. n. non interuenit neq₃ inter uenire speratur fraus dolus symonie labes aut aliqua illicita pactio seu etiā cor ruptela. Quibusquidē resignatiōibus ex p̄dicta cā per nos ut p̄mittitur admissis ꝛ receptis fuim⁹ debita cum instañ requisiti. qt̄ṅs ad vlteriorem negocii hm̄oi executiōem procedere curaremus iuxta nobis ꝯcessam ꝛ attributā vt p̄mittitur facultatem. Nos igitur. n. canonicus electus iudex et executor p̄fatus attendeñ requisitionem hm̄oi fore iustam ꝛ rōni ꝯsonam. Uolentesq₃ facultatem aplicaꝫ in nobis receptā debite executioni demandare auc̄te aplica q̄ fungimur in hac parte bn̄ficium simplex seruitoriū. n. parrochialem ecclesiā predict̄ per hm̄oi sic factas ꝛ admissas resignationes vacañ cum oibus iuribus ꝛ pertineñ suis. n. prefat̄ ꝯtulimus ꝛ assignauimus ac ꝯferimus ꝛ assignamus p̄ntium per tenorē. ipsosq₃ dños. n. in simplicis perpetui seruitorii bn̄ficii sancti. n. necnō. n. in par rochialis ecclesie iuriumq₃ ꝛ pertineñ predictoꝝ corpalem realem ꝛ actualem possessionē seu quasi auc̄te aplica supradicta posuim⁹ et induximus ponimusq₃ ꝛ inducimus per p̄ntes. Inuestieñ nihilominus respectiue eosdem dños. n. ꝛ. n p dictarum lr̄arum aplicarum in eoꝝ manibus traditōem p̄ntialiter de eisdem. Que oīa ꝛ singula ꝛc̄. ut in processu p̄mutationis pro ambabus partibus.

¶ Per resignatiōnem qn̄ committitur informatio de senio.

ET tenemur de ꝯtentis in p̄fatis lr̄is aplicis nos informauimus diligenter Et q₂ per diligentē informationem repperimus p̄fatum dn̄m. n. sexagesi mum sue etatis annū attingere ꝛ adeo hm̄oi annoꝝ senio ꝛ viribus corpalibus ꝯfectum esse. qđ deinceps dicte parrochiali ecclesie quā obtinet ꝛ apud quam propter partiū illarum guerras propter gentiū armoꝝ ꝛc̄. ꝯmode p̄esse et illius parrochianoꝝ animarū curam gerere ꝛ exercere per seip̄m non cōgrue pōt. Id circo auc̄te aplica qua fungimur in hac p̄te resignatiōem parrochialis ecclesie n. hm̄oi quā p̄fatus dn̄s. n. in manibus nr̄is sponte ꝛ libere fecit recepimus ꝛ ad misimus necnon p̄libatum dn̄m. n. coram nobis propter hoc ꝑsonaliter cōstitu tum examinauimus diligenter ꝛc̄.

¶ De similibus processibus pro regularibus aut secularibus.

¶ Processus mandati de prouidendo de abbatia cum cō missione si sit ydoneus pro regulari.

REuerendo in xp̄o patri et dño dño dei ꝛ aplice sedis gr̄a ep̄o. n. Necnon venerabilibus ꝛ religiosis viris dn̄is priori ꝛ ꝯuentui monasterii sancti. n ordinis. B. A. dioc. Johannes dei ꝛ aplice sedis gr̄a ep̄us. n. iudex ꝛ execu tor ꝛc̄. Post quarum lr̄arum ꝛc̄. usq₃ reuerenter exequi ut tenemur. De meritis ꝛ ydoneitate ip̄ius fratris. n. corā nobis ꝑsonaliter constituti ꝛ aliis ꝯtentis in p̄ dictis lr̄is aplicis. nos inquisiuimus ꝛ informauimus diligenter. Et q₂ p inqui sitionem ꝛ informatōem hm̄oi repperimus ip̄m fratrem. n. vtilem ꝛ ydoneū ad administrationem dicti monasterii p̄fatum monasteriū de quo in p̄fatis lr̄is apl̄i cis fit mentio obtinenđ aliaq₃ p̄missa veritate fulciri. Idcirco auc̄te aplica no bis ꝯmissa ꝛ qua fungimur in hac p̄te. de ꝑsona ip̄ius fratris. n. eidē monasterio

ſancti.n.ſiue ꝑ modum.n. Pone modū per quē vacauit aut al's quouiſmodoꝝ in
p̄inſertis lr̄is aplicis ꝯtentoꝝ. nobis nō ꝯſtito qꝺ tp̄e datꝭ dictarum lr̄arum apl̄i
carum eſſet eiꝺ monaſterio de abbate canonice prouiſum prouidimꝰ ꝛ prouide
mus. ac ip̄m fratrem.n. p̄fecimus illi in abbatē curā regimen ꝛ adminiſtrationē
eiuſꝺ mōſterii in ſpūalibꝰ ꝛ tp̄alibꝰ plenarie ꝯmittēdo prout ꝯmittimꝰ ꝑ p̄ntes
QUE oia ꝛc̄. Quocirca vos dn̄os ꝯuentū ꝛ vaſallos ꝛ alios ſup̄dictos dicti mō
ſterii oēſqꝫ alios ꝛ ſingl'os ſup̄dctōs qbus p̄ns nr̄ proceſſus dirigit̄ tenore p̄ntiū
reqrimꝰ ꝛ monemꝰ p̄º ſcꝺo t̄tio ꝛ p̄ēptorie cōiter vel diuiſi꜔. ac vobis ꝛ vr̄m cui
libet in virtute ſc̄te obedien̄ ꝛ ſub penis infraſcriptis diſtricte p̄cipiendꝰ māda
mus. qtn̄s infra ſex dies poſt p̄ntationem ſeu notificatiōem p̄dictaꝝ lr̄aꝝ aplica
rum ꝛ p̄ntis nr̄i proceſſus vobis factꝭ immediate ſequen̄. Quoꝝ ſex dierum ꝛc̄
ut ſupra aſſignamus p̄ficiatis eunꝺ.n. in dicti monaſterii abbatem ꝛ ab aliis ꝛc̄.
eunꝺ.n. fratrem vel procur̄em ſuū eius nōie in ꝛ ad corꝑalem rea. ꝛ actu. poſſeſ
ſionem abbatie iuriūqꝫ ꝛ pertinen̄ ac regiminis ꝛ adminiſtratōis predictoꝝ reci
piatis ꝛ inducatis ꝛ ab aliis recipi ꝛ induci faciatis inductūqꝫ defendatis amoto
exinde quolibet illicito detentore. quē nos inquantū poſſumꝰ auc̄te et tenore p̄
miſſis amouemus ꝛ denūciamus amotū. ac eunꝺ fratrem.n. uel procur̄em ſuum
p̄dictum pro eo ad abbatiā hm̄ōi ut eſt moris admittatis et admitti faciatis. ac
eidem.n. debita ꝛ ꝯſueta ſeruicia ꝛ iura integre exbibeatiſ ꝛ ab aliis exbiberi fa
ciatis. ſibiqꝫ de ip̄ius abbatie fructibus redditibus prouen̄ iuribus ꝛ obuen̄ vni
uerſis prout ad vos cōiter uel diuiſim ꝑtinet rn̄deatis. ꝛ faciatis ab aliis q̄nt[um]
in vobis eſt uel fuerit plenarie ꝛ integre rn̄deri. QUOD ſi forte p̄miſſa oia ꝛ ſin
gula ꝛc̄. uſqꝫ ad impedien̄ ip̄m dn̄m.n. fratrē quominus adminiſtratōe poſſeſſio
ne ac regimine dicti monaſterii.n. ꝛ aliis p̄miſſis gaudere poſſet. ac ip̄m impe
dien̄ dantes auxiliū ꝯſilium uel fauorem publice uel occulte directe uel indirec
te quouiſqueſito colore cuiuſcunqꝫ dignitatis ſtatus ḡdus ordinis uel ꝯditionis
exiſtant exnūc prout extunc ſingulariter in ſingulos p̄dicta ſex dierum canonica
monitione p̄miſſa excōis. in ꝯuentum uero dicti monaſterii.n. ſuſpen̄ a diuinis.
ꝛ in ip̄m monaſteriū interdicti eccleſiaſtici ſn̄ias ferimus in his ſcriptis ꝛ etiam
promulgamus. ꝛc̄. Ceterum cū ad executōnem p̄miſſoꝝ ꝛc̄. uſqꝫ inſinuent ꝛ fi
deliter publicare procurent. necnon p̄fatum.n. uel procur̄em ſuum eius nōie ad
regimen ꝛ adminiſtratōem dicti monaſterii.n. in ſpūalibus et tp̄alibus recipiāt
ꝛ admittant. ac recipiat ꝛ admittat. ſibiqꝫ tanq̄ꝫ vero ꝛ indubitato dicti monaſte
rii abbati reuerentiā et obedientiam congruen̄. ac debita ꝛ ꝯſueta ſeruicia exbi
beant ꝛ exbiberi faciant. Et nihilominus ꝛc̄.

¶ Per aſſecutionem adminiſtrationis.

VEnerabilibus ꝛc̄. Poſt quarūquidem ut tenemur. Quia ex teſtimonio ꝛ
relatione nōnulloꝝ teſtium fidedignoꝝ ſuper hoc productoꝝ ꝯperimus
p̄fatū priorat͡ū ex eo uacare qꝺ ven̄abilis in xp̄o pr̄ dn̄s. A. abbas monaſterii.n
tp̄e promotion̄ ꝛ prefectōis ſue ad dictū monaſteriū dictum prioratū obtinens
poſſeſſionē pacificam adminiſtratiōem bonorū dicti monaſterii pacifice auc̄te

aplica est assecutus. Idcirco auc̃te aplica nobis cõmissa et qua fungimur in hac
parte p̃fatum priorattũ sic ut p̃mittitur vacañ cum oĩbus iuribus et pertineñ suis
prefat. n. ꝯferimus ⁊ assignamus ac prouidemus etiã de eodez. ac eundẽ. n. co
ram nobis propter hoc ꝯstitutum corꝑalem possessionẽ seu quasi prioratus iuri
umqꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ ꝑ birreti sui traditiõem inducimꝰ ⁊ inuestimus de eo
dem. Que oĩa ⁊ singula ⁊c̃. Vosqꝫ dños abbatez ⁊ ꝯuentum dicti monasterii ⁊c̃
rñdeatis ⁊ faciatis ab aliis plenarie et integre rñderi. Quod si forte p̃missa oĩa
⁊ singula ⁊c̃. ut supra excõis. In cõuentus vero dicti monasterii suspensioñ a di
uinis. ⁊ in ipm monasteriũ interdicti sñias ferimus in his scriptis ⁊ etiã promul
gamus. Ceterum ⁊c̃. ut supra se excuset. ad vos dños abbatem ⁊ ꝯuentum dicti
monasterii. oẽsqꝫ alios ⁊ singulos supradictos ꝑsonasqꝫ ⁊ loca alia de quibꝰ expe
diens fuerit ꝑsonaliter accedant seu accedat. et p̃fatas lr̃as aplicas huncqꝫ nr̃m
processum ac oĩa et singula in eis contenta vobis cõiter aut diuisim legant inti
ment insinuent ⁊ fideliter publicare procurent. ac eundem. n. uel procur̃em suũ
eius nõie in ⁊ ad corꝑalem realem ⁊ actualẽ possessionez prioratus iuriũqꝫ ⁊ per
tineñ predictoꝝ inducant ⁊ inductũ defendant. ⁊ ad hmõi prioratũ ut est moris
admitti faciant. et postq̃ꝫ predicta auc̃te fuerit dictũ prioratũ pacifice assecutus
de monasterio. n. cuius monachus existit ut p̃ferrur ad p̃fatum monasterium. n.
transferant. ipmqꝫ. n. inibi recipi faciant in monachũ ⁊ in fratrem. ac sincera ibi
dem in dño caritate tractari. sibiqꝫ de ipius prioratus fructibus redditibus pro
ueñ iuribus ⁊ obueñ vniuersis prout ad eos cõiter uel diuisim ꝑtinent rñdeant.
⁊ faciant ab aliis plenarie ⁊ integre rñderi. Et nihilominus ⁊c̃. vsqꝫ ad finem ⁊c̃
vt in aliis.

¶ Per resignationem preceden̄ dimembratione.

POst quarumquid ⁊c̃. factas coram nobis ⁊ in nr̃a p̃ñtia personaliter cõsti
tutus. R. in xp̃o pater ⁊ dñs. n. procur̃ principalis ⁊ nõie procuratorio. n.
prout de sue procuratiõis mandato subscripto ⁊ signato manu venerabilis viri
n. aplica auc̃te notarii nobis extitit ltime facta fides. p̃ceptoriaz de. n. de qua in
p̃insertis lr̃is aplicis fit mentio prioratui. n. vnitã ⁊ annexam cum oĩbus iuribus
⁊ pertineñ suis dicto prioratui ꝑ nos dimembrari petiit. Nos tunc auc̃te aplica
nobis in hac ꝑte ꝯmissa p̃ceptoriã siue ꝯmendã de. n. p̃dictã a dicto p̃oratu dim̃
brandã duximus ⁊ dimembrauimꝰ. prout dim̃bramꝰ qua facta dim̃bratione idẽ
n. procur̃ nõie procuratorio quo supra dictam ꝯmendam de. n. in manibus nr̃is
pure libere ac simpliciter resignauit petens resignatõem hmõi per nos recipi ⁊
admitti. Nosqꝫ resignationẽ hmõi auc̃te aplica predicta nobis in hac parte cõ
missa recipiendã ⁊ admittendã duximus ac recepimꝰ ⁊ admisimus prout recipi
mus ⁊ admittimus. eaqꝫ ꝑ nos recepta ⁊ admissa fuimus per dictũ. n. debita cũ
instantia requisiti ut ad ulteriorẽ executionem dictarum lr̃arum aplicarum ⁊ con
tentoꝝ in eisdem ⁊c̃. nobis formã. Nos igitur ⁊c̃. ut tenemur de ꝯtentis in p̃in
sertis lr̃is aplicis nos informauimus diligenter. Et qꝛ per informatõem hmõi
oĩa ⁊ singula in dictis lr̃is contenta fore vera repperimus. recepto primitꝰ per

nos a p̄fato. n. procure in animā ip̄ius. n. principalis ad sancta dei euāgelia cor
porali iuramento ad pectus suū more p̄latorꝫ p̄stito qđ in hmōi resignatione nō
interueniebat neqꝫ interuenire sperabat fraus dolus symonie labes seu etiā cor
ruptela. p̄ceptoriam siue ꝯmendam de. n. p̄dictam p resignatōem hmōi aut al's
quouismodorꝫ in eisdem lr̄is ap̄licis expressatorꝫ vacañ. nobis non ꝯstito lr̄ime
qđ tp̄e dat⁹ dictarum lr̄arum esset in dicta p̄ceptoria seu ꝯmenda alicui speciali
ter ius quesitū. cum oībus iuribus ꝛ pertineñ suis p̄fato. n. auc̄te ap̄lica predicta
ꝯtulimus ꝛ assignauimus. ip̄mqꝫ in corpalem possessionem ꝛc.

¶ In forma dignū pro secularibus.

¶ Processus mandati de prouidendo de beneficiis vacanti
bus extra curiam in forma dignum.

Post quarūquidem lr̄arum ap̄licarum ꝛc. reuerenter exequi ut tenemur. p̄
fatum. n. corā nobis propter hoc p̄sonaliter ꝯstitutum examinauim⁹ dili
genter. Et q2 per hmōi diligentē examinatōem p nos factam ip̄m in lr̄atura suf
ficientem ꝛ ydoneū ad perpetuū beneficiū diaconale nuncupatū in ecclesia. n.
de quo in p̄insertis lr̄is ap̄licis fit mentio obtinendū ꝛ aliud canonicū non obsta
re quominus dicte lr̄e ap̄lice suum debitū sortiantur effectū inuenimus. Idcir
co auc̄te ap̄lica qua fungimur in hac parte bn̄ficiū p̄dictū qđ sine cura est et qđ
discretus vir. n. tp̄e dat⁹ dictarum lr̄arum ap̄licarum obtinebat. qđqꝫ idem dn̄s
n. obtulit se paratū dimittere ꝙprimū quarundā lr̄arum aliarum ap̄licarum vigo
re aliud bn̄ficium in eađ ecclesia. n. sibi per p̄fatum dn̄m nr̄m papam collatū fo
ret pacifice assecutus cum oībus iuribus ꝛ pertineñ suis donationi nr̄e ymoueri
us ap̄lice reseruauimus. Districtius inhibendo vobis dn̄is ep̄o ꝛ capitulo ipsi⁹
ecclesie. necnō illi uel illis ad quēꝫ seu quos p̄fati obtenti beneficii collatio pro
uisio p̄ntatio seu queuis alia dispositio cōiter vel diuisim pertinet ne de illo cō
tra reseruationem hmōi disponere quoquo mō presumant. Et nihilominus be
neficium obtentum p̄dictum cū illud vacare contigerit ut prefertur. etiam si al's
quouismodorꝫ aut ex alterius cuiuscunqꝫ persona ꝛc. ut in bulla. nobis nō consti
to qđ tempore dat⁹ dictarum lr̄arum ap̄licarum esset in eo alicui specialiter ius
quesitum cum oībus iuribus et pertinentiis suis eideꝫ. n. p̄nti et id humiliter
fieri petenti et acceptanti contulimus et assignauimus conferimusqꝫ et assigna
mus ac prouidemus etiā de eoden. ip̄mqꝫ. n. in corporalem possessionē vel q̄si
beneficii obtenti iuriumqꝫ ꝛ pertinentiarū predictorꝫ prout melius potuimus ꝛ
debuimus per p̄dictarum lr̄arum ap̄licarum in suis manibus traditionem posui
mus ꝛ induximus ac ponimus ꝛ inducimus tenore p̄ntium et inuestimus etiā de
eodem. Que omnia ꝛc.

¶ Simili mō de aliis beneficiis ꝛ dignitatibus etiā pro regularibus. aduer
tendo ad verba bulle.

¶ Processus sup mandatis de recipiendo.

¶ Processus sup mandato de recipiendo aliquē in fratrem mo
nasterii dūmodo monasterium nō grauetur.

POst quarumquid ꝛc̃. ut tenemur. qd per receptõem dicti. n. in monachū
dicti monasterii de. n. ipm monasteriū propterea nimiū non grauet ac eti
am p diligentem examinatõem per nos ut nobis mandabat factã pfatum . n. co
rã nobis ꝯstitutū ydoneū ꝛ sufficientē ad hoc ut recipiat in monachū ꝛ in fratrē
dicti monasterii de. n. et aliud canonicū non obstare inuenimus. Idcirco aucte
aplica nobis cõmissa ꝛ qua fungimur in hac pte eidem. n. regularē habitū iuxta
ipius monasterii ꝯsuetudinem exhibuimus. necnõ professionem p dictos mona
chos em[?]ti solitã a pfato fratre. n. in manibus nr̃is sponte ꝛ libere emissam ꝛ fa
ctam aucte aplica prefata recepim⁹ ꝛ admisimus ac recipim⁹ ꝛ admittimus per
pn̄tes. Quapropter vos dn̄os abbatem ꝛ ꝯuentum dicti monasterii. oẽsq3 alios
et singulos supradictos quibus pn̄s nr̃ processus dirigitur tenore pn̄tium requi
rimus primo scd̃o tertio ꝛ pemptorie. ac vobis ꝛ vr̃m cuilibet in virtute sancte
obedien̄ ꝛc̃. mandamus. qtñs infra sex dies post pn̄tationem ꝛc̃. assignamus. eū
dem fratrē. n. in monachū recipiatis ꝛ in fratrem. sibiq3 de oibus ipius monaste
rii fructib⁹ sicut vni ex aliis pfati mõsterii mõchis integre rn̄deatis ipm sincera
in dn̄o caritate tracteris. Quod si forte pfatū fratrem. n. in monachū ꝛ in frem
dicti monasterii nõ receperitis. mandatisq3 ꝛ monitõibus nr̃is hmõi ymo ueri⁹
aplicis ꝛc̃. Super pmissis in aliquo quo min⁹ in dicto monasterio in monachū
recipiatur ꝛ in fratrem sibiq3 de cõibus prouentibus ipius monasterii rn̄deatur.
ac ip[?]n. ibi sincera in dn̄o caritate tractet. ac ipm impedientibus dantes auxili
um ꝛc̃. excõis. in ꝯuentum interdicti ecclesiastici ꝛc̃. promulgamus ꝛc̃. procurēt
ac eund fratrem. n. in dicto monasterio. n. in monachū recipiant ꝛ in fratrē ꝛ de
cõibus prouentibus ipius monasterii sicuti vni ex aliis eiusdē monasterii mona
chis ministrent ac ministrari ꝛ sincera in dn̄o caritate tractari faciant. Et nihilo
minus ꝛc̃.

¶ Processus similis in monasterio in quo est certus numer⁹
si aliquis deest vel qzprimum defuerit.

ET tenemur districte pcipiendo mandan̄. qtñs infra sex dies post pn̄tatio
nem seu notificatiõem pdictarum lrarum ꝛ pn̄tis nr̃i processus vobis fac
tas immediate sequen̄. Quoꝝ sex dierū duos pro primo duos pro scd̃o ꝛc̃. assig
namus eundem dn̄m. n. in pfato monasterio de. n. si de dicto numero aliquis de
est ad pn̄s vel qzprimū defuerit in monachū recipiatis ꝛ in frem sibiq3 religion̄
habitū iuxta dicti monasterii ꝯsuetudinem exhibeatis ꝛ de cõibus ipius mona
sterii prouentib⁹ sicut vni ex aliis eiusd monasterii monachis integre ministre
tis. ac ipm. n. sincera in dn̄o caritate tractetis. Quod si forte prefat⁹. n. in fra
trem ꝛc̃. Ceterum ꝛc̃ procurent. ac eund. n. in pfato monasterio si aliquis de p
dicto numero deest vel qzprimū defuerit in monachū recipi ꝛ in fratrem sibiq3
regularem habitū iuxta ipius monasterii ꝯsuetudinem exhiberi. ac ipm inibi sin
cera in dn̄o caritate tractari faciant. Et nihilominus ꝛc̃.

¶ Processus sup mandato de recipiendo aliquem in canonicū
regularem monasterii.

Godolphus dei ⁊ aplice sedis gr̄a ep̄s. n. ⁊ Falco. n. iudices ⁊ executões
ad infrascripta vna cū certo alio infrascripto nr̄o in hac parte collega cuꝫ
illa clausula ⁊c̄. a sede ap̄lica specialiter deputati. Venerabilibꝰ ⁊ religiosis vi
ris ⁊c̄. ac illi, vel illis ⁊c̄. canonicoꝝ in dicto monasterio admissio ⁊ receptio per
tinet. oibusq̄ ⁊c̄. Post quarū quidem ⁊c̄. in hac parte p̄fatum dn̄m. n. corā nobis
ꝑsonaliter ꝯstitutum ac id humiliter ⁊ deuote fieri postulantē quem ad hoc esse
ydoneū repperimus et nihil canonicū obsistere inuenimus. auc̄te p̄dicta in vr̄o
monasterio p̄dicto recepimus in canonicū ⁊ in fratrem ac habitū iuxta dicti mo
nasterii ꝯsuetudinem sibi exhibuimus. Et nihilominus ab ip̄o regularē professi
onem ꝑ canonicos dicti monasterii emitti solitā quam ip̄e in nr̄is manibꝰ spon
te emittere voluit emisit. eadem auc̄te recepimꝰ ⁊ admisimus cū ceremoniis et
solennitatibus ꝯsuetis. Que oia ⁊ singula vobis dn̄is abbati ⁊ ꝯuentui ⁊c̄. assig
namus eundem fratrē. n. auc̄te p̄dicta in dicto monasterio in canonicū ⁊ in fr̄em
recipiatis. ac ibidem sincera in dn̄o caritate tractetis ⁊ ab aliis tractari faciatis.
Quod si forte ⁊c̄. Ceterum ⁊c̄. se excuset ad vos dn̄os abbatem ⁊ ꝯuentum ⁊c̄
procurent. necnon p̄fatum dn̄m. n. in eodeꝫ vr̄o monasterio auc̄te predicta reci
pi in canonicū ⁊ in fratrem. ac ibidem sincera in dn̄o caritate tractari faciant et
procurent. Et nihilominus ⁊c̄.

¶ Processus super mandato de recipiendo in monialem mo
nasterii vbi est certus numerus.

VEnerabilibus ⁊ religiosis dn̄abus. Vel honestis ⁊ religiosis dn̄abus ab
batisse ⁊ ꝯuentui siue ꝯuentibus monasterii. n. ⁊c̄. oibusq̄ aliis ⁊ singulis.
⁊c̄. pro parte honeste ⁊ deo dedicate mulieris seu puelle. n. corā notario ⁊c̄. vt
tenemur. Idcirco auc̄te ap̄lica qua fungimur in hac ꝑte vos abbatissam ⁊ ꝯuen
tum dicti monasterii. n. oēsq̄ alias ⁊ singulas supradictas quibus p̄n̄s nr̄ proces
sus ⁊c̄. assignamꝰ eandē in dicto monasterio in monialē ⁊ sororem recipiatis de
cuius receptioñ sicut a nōnullis fidedignis a quibus sup̄ hoc plenam informati
onem recepimꝰ didicimus q̄ ꝑ receptionem ip̄ius monasteriū vr̄m non grauabi
tur sibi regularem habitū iuxta ip̄ius monasterii ꝯsuetudinē exhibeatis ⁊ de cōi
bus prouentibus eiusd̄ monasterii sicut vni ex aliis eiusd̄ monasterii monialibꝰ
ministretis. ip̄amq̄. n. inibi sincera in dn̄o caritate tractetis. Qd̄ si forte. ⁊c̄.

¶ Processus super nominationibus.

¶ Processus nominationis vigore facultatis ap̄lice ep̄o con
cesse ad certum numerū beneficioꝝ.

LVdouicus dei ⁊ ap̄lice sedis gr̄a archiep̄s. n. ad infrascripta auc̄te ap̄lica
specialiter deputatus. Vniuersis ⁊ singulis dn̄is successoribus nr̄is archi
ep̄is ac venerabilibus ⁊ circumspectis viris dn̄is capitulo nr̄e compostellaneñ
ecclesie. oibusq̄ aliis ⁊ singulis quoꝝ interest uel intererit. ac illi uel illis quem
uel quos infrascriptū tangit negocium seu tangere poterit quōlibet in futurum
quocunq̄ nōie censeantur aut quacūq̄ p̄fulgeant dignitate. Salutem in dn̄o et
nr̄is hmōi firmiter obedire mandatis. Pridem Sanctissimus in xp̄o pr̄ et dn̄s

nr̄ dn̄s Sixtus diuina prouideñ papa quartus suas nobis ꝯcessit lr̄as eius vera bulla plumbea more Ro. cu. bullatas sanas siquidē ⁊ integras nō viciatas non cancellatas nec in aliqua sui ꝑte suspectas. sed omni prorsus vicio ⁊ suspicione careñ. tenorē qui sequitur de verbo ad verbū in se contineñ. Sixtus eps̄ seruus ⁊c̄. Quia lr̄e p̄inserte si suū debitum nō sortirentur effectū nobis frustra ꝯcesse forent. Nos igitur Ludouicus archiep̄s ꝯmissarius p̄fatus cupieñ ⁊ voleñ lr̄as aplicas p̄insertas executioni debite demandari. Jdcirco auc̄te aplica ⁊ qua fungimur in hac ꝑte dilectū familiarem nr̄m. n. quem ab experto cognouimus esse bone vite ⁊ honeste ꝯuersationis al's benemeritū sufficientem ⁊ ydoneū primū de dicto numero quatuor ꝑsonarum ad talem gr̄am ꝯsequendam elegim⁹ et tenore p̄ntium nominauimus. ac eidem. n. canonicatū ecclesie nr̄e cum plenitudine iuriscanonici auc̄te p̄dicta ꝯferimus ⁊ assignamus ac prouidemus etiā de eadem. p̄bendam uero ip̄ius ecclesie siqua vacat ad p̄ns aut cū vacauerit quā idem n. per se uel procur̄em suum ad hoc ab eo legitime ꝯstitutum infra vnius mēsis spacium postq̃ sibi uel eidem procur̄i vacatio illius innotuerit· duxerit acceptādum ꝯferendum eidem. n. post acceptatōem hm̄ōi cum oibus iuribus ⁊ pertinētiis suis donationi nr̄e ymo uerius aplice expresse reseruamus. Districtius inhibeñ vobis archiep̄o compostellaneñ ⁊ successorib⁹ vr̄is, ⁊ capitulo dicte ecclesie. ac illi uel illis ad quē uel ad quos ip̄ius ecclesie p̄bendarū collatio prouisio p̄ntatio electio seu queuis alia dispositio cōiter uel diuisim ꝑtinet. ne de p̄beñ. hm̄ōi interim etiā ante acceptatōem eandem nisi postq̃ vobis ꝯstiterit q̄ ipsi anthonius uel procur̄ predictus illam noluerit acceptare disponere quoquomō p̄sumatis. Vosq̃ ⁊ successores vr̄os ac capitulū oēsq̃ alios ⁊ singulos supradictos quibus p̄ntes nr̄e lr̄e processum nr̄m hm̄ōi in se contineñ diriguntur eadē auc̄te requirimus ⁊ monemus ⁊c̄. ut in processu de canonicatu ⁊ p̄beñ. ipsum. n. uel procur̄em suum eius nōie in p̄fata ecclesia vr̄a in canonicum recipiatis et in fratrem stallo sibi in choro et loco in capitulo ip̄ius ecclesie cū dicti iuris plenitudine assignatis. ac infra alios sex dies postq̃ eundem. n. vel procur̄em p̄dictū p̄bendam hm̄ōi ut p̄mittitur reseruatā si tp̄e hm̄ōi reseruationis vacabat uel post ea vacauit aut cum vacauerit infra tp̄s supra p̄fixum acceptasse. sibiq̃ ꝑ nos aut aliquem subdelegatorum nr̄orum infrascriptorum cum om̄ibus iuribus ⁊ pertineñ suis collatam ⁊ assignatā ac de ea sibi prouisum fuisse ⁊ esse noueritis immediate sequeñ. Quorum sex dierū duos pro primo duos pro sc̄do ⁊ reliquos duos dies ⁊c̄ assignamus. eundem. n. uel procur̄em suum eius nōie in ⁊ ad corꝑalem realem ⁊ actualem possessionē prebeñ iuriumq̃, ⁊ pertineñ predictorum ponatis inducatis ⁊ defendatis inductū. ac ip̄m. n. uel dictum procur̄em pro eo ad p̄bendam hm̄ōi ut est moris recipiatis ⁊ admittatis. sibiq̃ de ip̄orum canonicatus ⁊ prebeñ fructibus redditibus proueñ iuribus et obueñ vniuersis prout ad vos cōiter uel diuisim pertinet rñdeatis ⁊ ab aliis quantū in vobis fuerit plenarie et integre rñderi non obstañ omnibus que in dictis lr̄is aplicis p̄fatus Sāctissimus dn̄s nr̄ papa voluit nō obstare. Quod si forte p̄missa omnia ⁊ singula ⁊c̄. vsq̃ excōis. in

capitulũ uero dicte ecclesie.n.suspeñ a diuinis.⁊ in ip̃am ecclesiã interdicti ec
clesiastici s̃nias ferimus in his scriptis ⁊ etiã promulgam⁹. Uobis vero dictis
dñis ⁊ successoribus p̃fatis archiep̃o compostellaneñ quibus ob reuerentiã ⁊c̃.
Ceterum cũ ad executionem ⁊c̃. vsq; procurent ac eundẽ.n.uel procur̃em suũ
eius nõie in p̃fata ecclesia compostellaneñ in canonicũ recipi faciant seu faciat
⁊ in fratrem. ac stallũ sibi in choro ⁊ locũ in capitulo ip̃ius ecclesie cũ plenitudi
iuriscanonici assignatis. p̃bendam vero ip̃ius ecclesie per nos ut p̃mittitur reser
uatam siqua tp̃e dicte reseruatioñ vacabat uel postea vacauit aut cũ vacauerit ei
dem.n.post acceptatõem p̃dictam cũ omnibus iuribus ⁊ pertineñ suis ꝯferant
⁊ assignent ac prouideant etiã de eadem. ac ip̃m.n.uel dictuʒ procur̃em pro eo
in ⁊ ad corp̱alem rea. ⁊ actu. possessionem prebeñ iuriumq; ⁊ pertineñ predicto
rum ponant ⁊ inducãt seu ponat ⁊ inducat auc̃te p̃dicta ⁊ defendãt seu defendat
inductũ. ac ip̃m.n.uel dictũ procur̃em pro eo ad eandem p̃bendam in ip̃a eccle
sia ut est moris recipi ⁊ admitti sibiq; de ip̃oꝝ canonicatus et prebeñ fructibus
redditibus proueñ iuribus ⁊ obueñ vniuersis prout ad eos cõiter uel diuisiʒ per
tinet r̃ndeant ⁊ faciant ab aliis quantũ in eis est uel fuerit plenarie et integre r̃n
deri. non obstañ omnibus que p̃libatus Sanctissimus dñs nr̃ papa in p̃insertis
lr̃is voluit nõ obstare. Et nihilominus ⁊c̃. prefatas aũt lr̃as ap̃licas facultat̃ pe
nes nos p̱ ip̃arum reseruationem tenuimus. mandamus tñ copiã fieri de p̃missis
⁊c̃. In quoꝝ omniũ ⁊ singuloꝝ fidem ⁊ testimoniũ premissoꝝ. ⁊c̃.

Processus nõiationis vigore facultatis ap̃lice regi concesse.

Reuerendo in x̄p̃o patri ⁊ dño dño dei et ap̃lice sedis gratia ep̃o.n.necnõ
venerabilibus et circumspectis viris dñis capitulo ecclesie.n. ac illi uel
illis ad queʒ uel ad quos in eadẽ ecclesia canonicatuũ et p̃bendarum ac dignita
tum personatuũ administrationum ⁊ officioruʒ collatio prouisio p̃ntatio electio
seu queuis alia dispositio cõiter vel diuisim pertinet. om̃ibusq; aliis et singulis
quoꝝ interest intererit ⁊c̃. Nobis pro parte x̄p̃ianissimi principis ⁊ dñi dñi Lu
douici dei gratia Francoꝝ regis in ip̃is lr̃is personaliter nominati coram nota
rio publico et testibus infrascriptis p̃ntat̃. Nos cum ea qua decuit reuerentia
noueritis recepisse hmõi sub tenore. Sixtus ep̃us ⁊c̃. Exinde vero pro p̱te ve
nerabilis ⁊ discreti viri.n. qđ prefati dñi regis lr̃e eius sigillo in cera alba sigil
late. signoq; manuali venerabilis viri.n.sui Secretarii vt in eisdem de p̃ma fa
cie apparebat signate nobis p̃ntate fuerunt. Quarũ tenor talis est. Ludouicus.
⁊c̃. Post quarũquidem lr̃arum ap̃licarum et dñi Regis predicti p̃ntationem ⁊
receptiontm nobis ⁊ per nos vt premittitur factas. fuimus pro parte ip̃ius dñi
Regis debita cum instantia requisiti. vt ad executionem dictarum lr̃arum apo
stolicarum et contentorũ in eisdem procedere curaremus iuxta traditam seu di
rectam per eas a sede apostolica nobis formam. Nos igitur episcop⁹ prefat⁹
volentes mandatum ap̃licum nobis in hac parte directum reuerenter exequi ut
tenemur. ac omnia et singula in preinsertis lr̃is apostolicis ⁊ dñi Regis antedi
cti lr̃is contenta reuerenter exequi et prefato dño.n.qui per dictũ dñm regẽ ac

dictas suas preinsertas lr̃as ad canonicatū ⁊ p̄bendam necnō dignitatē persona tum administratōem uel officium dicte ecclesie obtinenđ nobis extitit nōiatus Vt igitur nominatio hmōi red datur fructuosa ac suū plenum ⁊ debitū sortiatur ⁊ cōsequi valeat effectū aucte aplica nobis in hac parte ꝯmissa ⁊ qua fungimur canonicatū ⁊ prebeñ ac dignitatem ꝑsonatum administratōem uel officiū etiam si ad illā illum uel illud ꝯsueuerit qui ꝑ electionem assumi eisq̧ cura immineret animarū. dūmodo dignitas ip̄a in dicta ecclesia. n. maior post pontificalē nō ex istat siqui sique aut siquod vacat ad p̄ñs aut q̄ꝫprimū simul uel successiue vacare ꝯtigerit. quos quas seu qđ dictus. n. per se uel procur̃em suum ad hoc legitime ꝯstitutum infra vnius mensis spaciū postq̄ꝫ sibi uel eidem procur̃i vaçatio illorū innotuerit duxerit acceptanđ acceptandas vel acceptandū conferendos ꝯferen das seu ꝯferendum eidem. n. post acceptatōem p̄dictam cum oībus iuribus ⁊ ꝑ tinentiis suis collationi ⁊ dispositioni nr̃e ymouerius aplice et cuiuslibet subde legatoꝝ nr̃oꝝ infrascriptoꝝ scđm formā ⁊ tenorem dictarum lr̃arum aplicarum specialiter ⁊ exp̄sse reseruamus. Districtius inhibeñ vobis dñis archiep̄o deca no capitulo oībusq̧ aliis ⁊ singulis supradictis ne de canonicatu ⁊ p̄benda ac di gnitate personatu administratōe uel officio nisi postq̄ꝫ vobis ꝯstiterit qđ. n. vel procur̃ predictus illos illas uel illud noluerit acceptar̃ disponere quoquō presu matis. ac decerneñ prout per p̄fatum dñm nr̃m papam decretū est irritum ⁊ ina ne si secus super his a quoq̄ꝫ quauis ⁊c̃. ut in bulla attemptari. Que oīa ⁊ singl'a necnon lr̃as aplicas ⁊ dñi nr̃i regis lr̃as prefat̃ et hunc nr̃m processum om̄iaq̧ alia ⁊ singula in eis ꝯtenta vobis oībus ⁊c̃. per p̄ñtes. Vosq̧ oēs et singulos. ⁊c̃

¶ De processibus pensionum.

¶ Processus pensionis assignate per papā ad certum tempus.

Nota qđ si ep̄s debet soluere pensionem incipies processuꝫ. Rndo in xp̄o p̄ri ⁊c̃. Si alius minor aut minus dignus iudice debet soluere: incipies a nōie iudicis. P. de. N. canonicus iudex ⁊c̃. semꝑ incipiendo a digniori. Petrꝰ dei gr̃a ep̄s. n. iudex ⁊ executor ad infrascripta vna cū quibusdam aliis infrascri ptis in hac parte collegis. cū illa clausula. qt̃ñs vos uel duo ⁊c̃. a sede aplica p̄fa ta specialiter deputatus. Venerabili ac discreto viro magr̃o. n. canonico eccle sie. n. ac vr̃is in canonicatu ⁊ prebeñ dicte ecclesie de q̄bus in infrascriptis lr̃is fit mentio successoribus. necnō illi uel illis queꝫ uel quos infrascriptū tangit ne gocium seu tangere poterit quōlibet in futurū cōiter uel diuisim quibuscūq̧ no minibus censeantur aut quacunq̧ p̄fulgeant dignitate. Salutem in dño et nr̃is hmōi ymo uerius aplicis firmiter obedire mandatis. Lr̃as Sanctissimi in xp̄o p̄ris ⁊ dñi nr̃i dñi Sixti diuina prouidentia pape quarti vnam videlicet gr̃osaꝫ vt in aliis. Post quarumquiđ ⁊c̃. vsq̧ reuerenter exequi ut tenemur. Idcirco au ctoritate aplica nobis cōmissa et qua fungimur in hac parte p̄fatas lr̃as aplicas huncq̧ nr̃m processum ac oīa ⁊ singula in eis contenta vobis oībus et singulis supradictis cōiter uel diuisim intimamus insinuamus ⁊ notificamus ac ad vr̃am ⁊ cuiuslibet vr̃m noticiam deducimꝰ ⁊ deduci volumus per p̄ñtes. Et nihilomi

nus vos dñm.n. vſoſqꝫ ſucceſſores ad eandeꝫ ꝑbeñ in p̄ſata eccleſia.n. pro tp̄e
exñtes ⁊ vr̄m quemlibet inſolid̄ in virtute ſancte obedieñ ⁊ ſub penis ſentēciis
⁊ cenſuris in p̄inſertis lr̄is aplicis contentis quas ⁊ earū quamlibet vos et vr̄m
quelibet niſi feceritis que vobis in hac parte p̄cipimus incurrere volumus ip̄o
facto prout dictus dn̄s nr̄ papa incurrere voluit diſtricte p̄cipiendo mandamus
qtn̄s immediate poſtqꝫ vos dñe.n. predictoꝝ canonicatus ⁊ prebeñ eccleſie.n
poſſeſſionē pacificam aſſecutus fueritis ſeu ꝑ vos quo minus illos aſſequamini
ſteterit vel etiā ſi poſſeſſionē pacificam nō haberetis ⁊ fruct⁹ ex ip̄is canonica
tu ⁊ prebeñ perciperetis ſingulis annis in ciuitate.n. pro vna in dñice ⁊ alia in
ſancti Jo. baptiſte natiuitate feſtiuitatib⁹ pēſionē annuaꝫ.l. librarū monete in di
cta ciuitate ⁊ dioc.n. curreñ prefato dño.n. quoad vixerit vel donec ſibi de vno
uel de duobus bn̄ficio ſeu beneficiis eccleſiaſtico uel eccleſiaſticis ſine cura ad
vr̄i dñi.n. inſtantiā ſeu vobis efficaciter procurantē infra.n. dioc. conſiſteñ vel
conſiſtentibus cuius ſeu quoꝝ fruct⁹ redditus ⁊ prouētus.l. librarū ſimiliū debi
tis ⁊ ꝯſuetis beneficii ſeu beneficioꝝ hmōi deductis oneribus valeāt annuatiꝫ
canonice prouiſum fuerit. ipſeqꝫ.n. illoꝝ poſſeſſionem pacifice aſſecutus fuerit
uel procur̄i ad hoc ſufficiens mandatū habenti pro eo iuxta conceſſioñ conſtitu
tioñ ⁊ aſſignatioñ predictarum ꝯtinentiam atqꝫ formā ſine difficultate cōtradic
tione quibuſcunqꝫ efficaciter perſoluatis ⁊ vr̄m quilibet perſoluat aut vos cū di
cto dño.n. ſeu eius procur̄e ſuper hoc amicabiliter concordetis ⁊ vr̄m quilibet
ꝯcordet. Monemus inſuꝑ modo ⁊ forma p̄miſſis vos omēs ⁊ ſingulos ſupradi
ctos ⁊ alios quoſcūqꝫ tam eccleſiaſticas qꝫ ſeculares perſonas cuiuſcunqꝫ digni
tatis ſtatus gradus ordinis uel ꝯditionis exiſtant ⁊ eoꝝ quilibet vobis ⁊ ip̄is di
ſtrictius inhibeñ ne p̄ſato dño.n. uel procur̄i predicto quominus de predicta an
nua penſione integre ſatiſfactum fuerit impedimentū aliquod p̄ſtetis ſeu p̄ſtent
per vos uel aliū ſeu alios aut ip̄m impedientibus detis ſeu dent auxiliū ꝯſilium
vel fauorem publice uel occulte directe ⁊c. Sed in oībus et per oīa hmōi man
datis aplicis atqꝫ nr̄is pareatis ſeu pareant realiter ⁊ cum effectu. Quod ſi for
te p̄miſſa omnia et ſingula nō adimpleueritis aut recuſaueritis ſeu recuſauerint
ꝯtumaciter adimplere ſeu quecūqꝫ in contrariū feceritis ſeu fecerint ac al's pre
miſſis mandatis ac monitōibus nr̄is hmōi ymo uerius aplicis nō parueritis ſeu
paruerint realiter ⁊ cū effectu. Nos in vos oēs ⁊ ſingulos ⁊ eoꝝ qui fueritis ſeu
fuerint in p̄miſſis culpabiles. Et generaliter in ꝯtradictores quoſlibet et rebel
les exnūc prout extūc ⁊ extunc prout exnūc ſingulariter in ſingulos p̄dicta cano
nica monitione p̄miſſa excōis. In capitula uero ꝯuentus ⁊ collegia in his delin
queñ ſuſpenſioñ a diuinis. ⁊ in ipſoꝝ delinqueñ ⁊ rebelliuꝫ eccleſias ⁊ monaſte
ria interdicti eccleſiaſtici ſn̄ias ferimus in his ſcriptis ⁊ etiā promulgam⁹. Ce
terum cū ad executioneꝫ p̄miſſoꝝ ⁊c. vſqꝫ ad vos dñm.n. ⁊ ſucceſſores p̄ſatos
oēſqꝫ alios ⁊ ſingulos ſupradictos quibus pn̄s nr̄ proceſſus dirigit̄ perſonaſqꝫ ⁊
loca alia de quib⁹ expediens fuerit ꝑſonaliter accedant ſeu accedat et prefatas
lr̄as aplicas nr̄mqꝫ pn̄tem proceſſum ac oīa et ſingula in eis contenta ſeu eorū

rum per anuuli nr̄i in suis manibus traditōem inducimus ⁊ inuestim⁹ de eodem
Vobis ⁊ vr̄m cuilibet qui sup hoc per dictū fratrem. P. uel eius procuřem fue
ritis sup hoc requisiti seu fuerit requisitus ad dictū prioratū psonaliter acceda
tis seu accedat ⁊ dictū fratrem. P. uel procuřem suum pro eo in corpalem realē
⁊ actualem possessionē prioratus iuriumqꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ inducatis vice
nr̄a ⁊ defendatis inductū ⁊ ad dictū prioratū ut est moris admitti faciatis sibiqꝫ
de ipius prioratus fructibus redditibus proueñ iuribus et obueñ vniuersis inte
gre responderi. Dat. ⁊c̄

¶ Prouisio similis per simplicem resignationem.

Michael permissione diuina humilis abbas monasterii sancti Vincentii
.n. ordinis sancti Benedicti. Dilecto nr̄o fratri Rodolpho pbr̄o mona
cho nr̄o. Salutem in dn̄o. Religioñ zelus vite ac morū honestas quibus lauda
bili testimonio ꝯmendaris promerenť ut nos spūalis gr̄e fauore prosequamur.
Cum itaqꝫ prioratus nr̄ de monte acuto. n. dioc. ordinis sancti Benedicti quez
quondā. S. n. dicti prioratus prior dū viueret obtinebat per ipius. S. obituz
qui nup diem clausit extremū vacauerit et vacet ad pn̄s. Nos voleñ vobis pre
missoꝝ meritoꝝ vr̄oꝝ intuitu gr̄am facere specialē prioratum p̄dictum qui a di
cto monasterio dependet ⁊ cui cura imminet animarū sic ut p̄mittitur vacan̄ cū
oībus iuribus ⁊ pertineñ suis auc̄te nr̄a conferimus ⁊ prouidem⁹ etiam de eodē
ac vos corā nobis ꝯstitutū in corpalez possessionē priorat⁹ iuriumqꝫ ⁊ pertineñ
predictoꝝ per annuli nr̄i traditionem inducim⁹ ⁊ inuestimus de eodē curam re
gimen ⁊ administratōem dicti prioratus in spūalibus ⁊ tp̄alibus vobis plenarie
ꝯmittendo. Vobis vniuersis et singulis subditis nr̄is pn̄tium tenore damus in
mandatis. qtn̄s vos vel alter vr̄m qui sup hoc fueritis requisiti vel fuerit requi
situs p dictum. R. uel eius procuřem ad dictū prioratū personaliter accedatis
seu accedat. eūqꝫ seu dictum procuřem eius nōie in cor. rea. ⁊ actu. possessionez
prioratus iuriumqꝫ ⁊ pertineñ predictoꝝ inducatis auc̄te nr̄a et defendatis indu
ctum amoto quolibet detentore ab eodē. sibiqꝫ de ipius prioratus fructibus red
ditibus proueñ iuribus ⁊ obueñ vniuersis integre rn̄deri faciatis. Dat. ⁊c̄

Et ita de aliis modis vacatioñ hn̄do respectum ad collatioñ ordinarias.

¶ Prouisio de aliquo ꝯuentu seu domo cū certis facultatib⁹ ⁊ p̄uilegiis.

Frater. n. ⁊c̄. Salutem in dn̄o sempiternā. Qm̄ nominis molestiā animi
tui ⁊ ad bene beateqꝫ viuendī voluntatem optimā. ut tua intentōe proficere
re possis tenore pn̄tium damus tibi curā regimen ⁊ gubernationem tam in spū
alibus q̄ꝫ tp̄alibus conuentus sancte Marie de regula qui ad nr̄am prouisionez
plene spectat dū vixerit. Concedeñ tibi gr̄as infrascriptas videlicet posse reci
pere quoscūqꝫ frattes dummodo suis p̄latis nō fuerint rebelles. ⁊ quoscūqꝫ tibi
subditos quater in anno auc̄te nr̄a ab om̄i censura ⁊ singulis peccatis que ad no
stram auc̄tem pertinent absoluere possis ⁊ valeas in nōie patris ⁊ filii ⁊ spūs san
cti amen. Nolentes insup ut p quencunqꝫ nobis inferiorem in aliquo molestari



ac turbari possis. qđ si quispiam ꝯtra fecerit ipo facto se sentiat vinculū excōis incurrisse ac priuatum officio suo si officialis extiterit. Volumus tñ qđ debitas animas collectas prouinciali ipius prouincie scilicet Hispanie psoluas. Hor tamur te ut cultum diuinū pre oculis habeas ac pacē honestatē vtilitatemq̧ re ligionis in dicto ꝯuentu conserues. Dat. ꝛc.

De publicatione.

De publicatione. vide sub insinuatione.

De quitatione.

Instr̄m quitationis factū per principalē creditorem debitori.

IN. N. D. a. ꝛc. Constitutus. A. talis ꝯfessus fuit ⁊ in veritate palā ⁊ publi ce recognouit sibi integre fore satisfactū per. B. talem de. x. ducatis in q̄bus se ꝑlibatus. B. ut principalis debitor ac. C. tanq̄ ipius. B. debitōis fideiussor ac etiā principalis debitor eidem. A. extiterāt efficaciter insolidū obligati pro ut ad hoc clarius apparet in quodam publico obligatioñ instr̄o per me notariū publicū subscriptum subscripto signato ⁊ ꝯfecto Sub anno ꝛc. et in instr̄o obli gationis. De quibusquiđ decem ducatis prefatus. A. pro se ⁊ ipius heredibus ⁊ successorib⁹ quibuscunq̧ prefat. B. ⁊. C. quitauit ⁊ liberauit penit⁹ et absol uit eisq̧ finē ⁊ quitationem ⁊ pactū perpetuū de vlterius rem habitā non peten do fecit. renūcians idem. A. exceptioñ dictoꝝ. x. ducatoꝝ non habitoꝝ seu nō receptoꝝ ⁊ spei future habitionis ⁊ numeratioñ ac oībus aliis et singulis excep tionibus quibus ꝯtra ꝑmissa uel aliqđ eoꝝ se defenderē posset quōlibet uel tueri Ab soluens ⁊ quitans ꝑfatos. B. ⁊. C. a debito dictoꝝ. x. ducatoꝝ. cassans insu per irritans ⁊ annullās quodcunq̧ quecūq̧ ⁊ qualiacunq̧ instr̄a lr̄as ⁊ scripturas ꝑ quas ⁊ que ꝯstaret ⁊ ꝯstare posset dictos. B. ⁊. C. ꝑfato. A. fuisse ⁊ esse tpib⁹ ꝑteritis ⁊ de p̄nti dumtaxat de quacunq̧ pecuniarū summa obligatū ac debere ⁊ tenere de cetero nullius esse voluit roboris uel momēti. Promittens etiā mihi notario infrascripto vt ⁊ tanq̄ publice ⁊ auctentice ꝑsone solenniter stipulañ et recipieñ vice ⁊ nōie oīm ⁊ singuloꝝ quoꝝ interest nullo vnq̄ tpe super hmōi. x. ducatis prefatos. B. ⁊. C. ac successores uel heredes eorundē uel impetere vl' molestare aut ꝑ alium uel alios quouisquesito colore molestari facere Sub ypo theca ⁊ obligatione oīm bonoꝝ suoꝝ mobilium ⁊ immobiliū p̄ntium ⁊ futuroꝝ ⁊ qualibet alia iuris ⁊ facti reuocatioñ ad hoc necessaria ꝑiter ⁊ cautela. Super quibus omnibus ꝛc.

Instr̄m quitationis facte per procuratorem.

IN. N. D. a. ꝛc. Constitutus. A. procur̄ nōie procuratorio talis hn̄s ab eo dem. B. ad infrascripta plenā ⁊ exp̄ssam in sue procuratōis mandato ꝑtātē ⁊ facultatem prout ꝯstat quodā procurationis mandato publico instr̄o per talē n. subscripto ⁊ signato exp̄sse recognouit ⁊ in ueritate ꝯfessus fuit se nōie procu ratorio quo supra recepisse ab hoñabili viro dn̄o. n. decē ducatos auri boni ⁊ iu sti ponderis in q̄bus idem. n. ꝑfato. B. tenebaẗ ⁊ fuit obligatus rōne ꝛc. De qui bus. x. ducatis auri āndictus A. procur̄ nōie procuratorio quo sup̄ antedictū. n.

1409

⁊ quoſcu̅q3 alios quitan̄ indigen̄ quitauit liberauit ⁊ abſoluit ⁊ pactū perpetuu3 de rē habitā vlteri⁹ nō peten̄ fecit ⁊ promiſit ſolenni ſtipulatōe interuenien̄. ⁊c̄

¶ Inſtrm̄ quitatōis facte debitori p creditorem in breuiori forma.

QOnſtitutus. n. nō vi dolo metu fraude coactus. ſed libera mera ⁊ propria voluntate honorabile3 virū dn̄m. n. p̄ntem de. L. flor̄ auri de camera boni ⁊ iuſti ponderis quos ipē. n. a dicto. n. cā amicabilis mutui recepat quitan̄ publice ⁊ quitū pronunciauit. ita qð hmōi quitatio eidē. n. ſit generalis generaliſſima ſpecialis ſpecialiſſima ac in ea veriſſime intelligant̄ ea oīa ⁊ ſingula que de iure in ea exprimenda fuiſſent. ac de ipius oibus ⁊ ſingulis de verbo ad verbum in ipa quitatione ſpecialis ⁊ exp̄ſſa mentio facta foret. Itaq3 deinceps ipſoꝝ vigore ipē. n. nullo mō nullaq3 de cā poſſit tractari uexari ⁊ inquietari nec etiā moleſtari iudicio nec extra ſed perpetuo ipē. n. ab ipis oibus ⁊ ſingulis remaneat liber ⁊ abſolutus. ⁊ quos. L. flor̄ idem. A. dixit ⁊ ꝯfeſſus fuit publice ⁊ manifeſte ſe recepiſſe ⁊ habuiſſe a p̄dicto. n. in prompta ⁊ numerata pecunia De ⁊ ſup quibus oibus ⁊ ſingulis idem. A. petit ⁊c̄

¶ De Ratificatione.

¶ Ratificatio actoꝝ per non procur̄em.

IN. N. D. a. ⁊c̄. Conſtitut⁹ ⁊c̄. oibus melioribus mō via iure ⁊c̄. prout debuit oīa et ſingula p venerabilem virū dn̄m. n. pro ipo ꝯſtituente quólibet acta geſta facta ſeu impetrata ⁊ obtēta ratificauit et approbauit. promittēs nihilominus idem dn̄s ꝯſtituens ſeu ratificās mihi notario infraſcripto ſolennit̄ ſtipulan̄ ac recipien̄ premiſſa acta geſta facta impetrata ⁊ obtēta. ac oīa ⁊ ſingula inde ſecuta velle rata ⁊ g̃ra atq3 firma perpetuo hr̄e ⁊ tenere nec eiſdem vllo vnq̄3 tp̄e de iure uel de facto ꝯtra facere uel venire ſub ypotheca ⁊ obligatiōe oīm bonorum ſuoꝝ p̄ntium ⁊ futuroꝝ. Sup quib⁹ oibus ⁊ ſingulis idem dn̄s conſtituens ſeu ratificans ⁊c̄.

¶ Ratificatio ⁊ de nouo conſtitutio.

IN. N. D. a. ⁊c̄. Ratificādo ⁊ approbando oīa et ſingula acta dicta geſta et procurata in cā ꝫ cauſis que vertit̄ vertunt̄ ſeu verti ⁊ eſſe ſperant̄ inter dictū d. n. ꝯſtituen̄ ex vna ⁊ quendā. n. in hmōi cā aduerſarium de et ſup eccleſia. n. et ei⁹ occaſione ꝯtibus exaltera p venerabilem virū. n. in Ro. cu. cārum procur̄. facta ⁊ procurata. Quare oibus melioribus ⁊c̄. fecit ꝯſtituit ⁊c̄. eundem. n. ſuum verū ltimum ⁊c̄. ad proſequendū vel ꝯtractandum cām ⁊c̄. agendūq3 ⁊c̄. Vide cl'as in ꝯſtitutione procur̄is.

¶ De Receptione.

¶ Receptio in canonicū vigore expectatiue p̄. illo qui ē creat⁹ ⁊ p̄ben̄ expect.

IN nomine dn̄i Amen. Nouerint vniuerſi et ſinguli p̄ns publicum inſtrm̄ inſpecturi. qð anno ⁊c̄. in venerabilium ⁊ circumſpectoꝝ viroꝝ dn̄oru3 decani et capituli eccleſie. n. hora tertiarum dicte diei ad ſonū campane dicte eccleſie modo ſolito congregatoꝝ et capitulum facien̄ ac de negociis ipius eccleſie tractantiū in mei notarii. ⁊c̄. perſonaliter cōſtitutus venerabilis vir dn̄s. n. canonicus creatus eccleſie. n. lic̄iatus in decretis. quaſdā lr̄as ap̄licas ⁊ proceſſu3 earum vigore habit̄ in ſuis manib⁹ tenens quas p̄fatis dn̄is decano ⁊ cap̄lo eiuſd

exhibuit ꝛ produxit. requirens eoſdem dños decanum et capl'm qtñs ipm in ca
nonicuȝ dicte eccleſie in vim lr̃arum ꝛ proceſſus p̄dictoꝝ recipe vellent ac ſtal
lum ſibi in choro ꝛ locum in capl'o ip̄ius eccleſie cum plenitudine iuriſcanonici
aſſignare ſeu aſſignari mandare vellent ꝛ dignarentur. Qui dñi decanus ꝛ capi
tulum lr̃is ꝛ proceſſu huiuſmõi per eos receptis eas ꝛ eũ per venerabilem virũ
magr̃m Jo. n. notarium dictoꝝ dñoꝝ decani ꝛ capl'i coram eis alta ꝛ intelligibi
li voce legi fecerũt ꝛ mandarunt. Quibuſquid' lr̃is p eoſdem dños decanum et
capl'm ad plenum intellectũ rñderunt. p̄fatus dñs decanus ſuo ꝛ alioꝝ dñoꝝ de
capl'o nominibus qd' ip̄i erant parati parere ꝛ obedire mandatis apl'icis. ꝛ ideo
eundem dñm. A. in canonicũ dicte eccleſie ꝛ in fratrem cũ poteſtatiõibus ſoli
tis debitis ꝛ ꝯſuetis receperunt. p̄ſtito per eũ ꝛ lecto iuramento p canonicos ip
ſius eccleſie. n. in eoꝝ receptione p̄ſtari ſolito ꝛ ꝯſueto. Quo ſic iuramento p̄ſti
to p̄fati dñi decanus ꝛ capl'm mandarunt venerabili viro dño. P. cantori dicte
eccleſie. qtñs receptis ſecũ duobus canonicis ip̄ius eccleſie eund'. A. ad choꝝ
ip̄ius eccleſie ducerẽt. ac ſtallũ ſibi in eodẽ choro aſſignarent. qd' iuxta hmõi cõ
miſſioñ ꝛ mandatum dictus. P. cantor ꝛ Jo. ꝛ. A. canonici fecerunt. ſtallũq; in
choro ipſius eccleſie cũ plenitudine iuriſcanonici aſſignarunt. Et deinde ipſis
ad capl'm redeuntibus locum in capl'o eiuſdem eccleſie cũ dicti iuris plenitudi
ne ꝛ aliis ſolennitatibus in talibus fieri ꝯſuetis adhuc ip̄is dñis decano ꝛ capl'o
ſedeñ ꝛ capitulantibus aſſignarunt. De quibus oĩbus ꝛc.

De hac materia vide plene ſub verbo inductio.

¶ De regiſtro.

¶ Regiſtrum remiſſioñ in partibus iudici eiuſdem p̃ntate.

IN. N. D. a. ꝛc. Conſtitut⁹ diſcretus vir. n. clericus. n. dioc. nũcius ꝛ porti
tor iuratus ad hoc ut aſſeruit ſpecialit̃ deputatus. ex pte veñabilis ꝛ circũſpecti
viri dñi. n. leguȝ doctoris archiep̄i. n. p̄libati dñi nr̃i pape capellani ac ip̄ius ſa
cri palacii apl'ici cãꝝ cãeq; atq; cãis ac ptib⁹ infraſcriptis auditoꝝ nõnullas pa
tentes lr̃as eiuſdem dñi auditoris ſuo oblongo ſigillo cere rubee alba circunda
ta imp̄ſſa cũ cordula fili rubei coloris mõ ſuo impendeñ ſigillatas ſanas integ̃s
nõ viciatas nõ cãcellatas neq; in aliqua ſui pte ſuſpectas ſed om̃i prorſus vicio
et ſuſpitione careñ vna cum remiſſioñ rotulo ſub eodẽ ſigillo modo Ro. cu. ut
prima facie apparuit firmiter clauſo R̃ndo pr̃i dño. n. apl'ice ſedis prothonota
rio canonico. n. iudici et ꝯmiſſario ac cauſe hmõi remiſſioñ executori facto rea
liter ꝛ in ſcriptis. quarũ remiſſioñ lr̃arum tenor inferius ẽ inſertus exhibuit atq;
p̃ntauit. Et nihilominus lr̃as ꝛ rotulũ clauſum remiſſionis p̄dicte ip̄m rotulum
nõ aperiẽdo neq; in ip̄o ꝛ lr̃is hmõi aliquid addendo minuẽdo uel mutãdo fide
liter portaſſe ꝛ ut p̄fertur p̃ntaſſe per iuramentũ ſuum iam ut aſſeruit p̄ſtitum. et
qd' de mandato et in manibus prelibati dñi Johãnis prothonotarii iudicis cõ
miſſarii et executoris ad ſancta dei euangelia ſcripturis ſacroſanctis propterea
tactis corporaliter iterũ et de nouo preſtitit dixit ꝛ iurauit. Quaſquidem pateñ
lr̃as vna cum rotulo remiſſioñ hmõi idem dñs Johannes prothonotari⁹ iudex

cōmiſſarius et executoꝛ ad ſe recipiens ipaſqꝫ coꝛam .n. clerico .n. dioc. publico aplica auc̄te notario tradidit. mandans nihilominus atqꝫ ꝯmittens ut tam ipſas pateñ lr̄as q̄ꝫ rotulum remiſſioñ hmōi poſtq̄ꝫ fuerit iudicialiter apertū. ac oīa ⁊ ſingula que ipaꝝ vigoꝛe rotuli ⁊ lr̄arum inter ptes in eis content̄ conſcribenda occurrerint in actis ſuis publicis ⁊ p̄ñtis cauſe regiſtro fideliter ſcriberet et regiſtraret aut per aliū fideliter ſcribi ⁊ regiſtrari faceret et cū expediens fuerit in publica redigeret ſeu redigi faceret documenta partibuſqꝫ copiā petentibus dum ipis per eundem dn̄m Johannem prothonotariū iudicem ⁊ cōmiſſarium ac executoꝛ decreta fuerit et conceſſa fideliter traderem et exhiberem actis ex eiſdem ⁊c.

¶ De relaxatione ſequeſtri.

¶ Inſtr̄m relaxationis ſequeſtri.

Reuerendo ⁊c. eiuſqꝫ in ſpūalibus ⁊c. Ac honoꝛabili viro dn̄o .n. inferius nōiato. necnon colonis agricultoꝛibus decimatoꝛibus vinō ⁊ cenſurariis terrarū vinearum pꝛatoꝝ domoꝝ ⁊ aliarū rerum quarūcunqꝫ ad parrochialeꝫ eccleſiam .n. dioc. ⁊c. eiuſqꝫ pꝛo tp̄e rectoꝝ qualitercunqꝫ ſpectañ ⁊ pertineñ. oīmibuſqꝫ aliis ⁊ ſingulis quoꝝ intereſt uel intererit. quoſqꝫ infraſcriptū tangit negocium ſeu tangere poterit quōlibet in futurum. quibuſcunqꝫ nōibus cenſeant̄ aut quacunqꝫ p̄fulgeant dignitate. Salutem ⁊c. et p̄ñtibus fidem ⁊c. Noueritis qō dudum inter honoꝛabilē virum dn̄m .n. ex vna et quenō .n. tunc poſſeſſoꝛem ſeu detentoꝛem parrochialis eccleſie .n. ſupꝛadicte de ⁊ ſup eadem parrochiali eccleſia ⁊ eius occaſione ptibus ex altera materia queſtionis ⁊c. Sanctiſſimus in xp̄o ⁊c. cām ⁊ cās hmōi nō obſtañ qō ad Ro. cu. legitime deuolut̄ aut in ea de iuris neceſſitate tractande ⁊ finiende nō eſſent. venerabili et circūſpecto viro dn̄o .n. capellano ſuo ipiuſqꝫ ſacri palacii cārum aplici coauditoꝛi nr̄o ꝯmiſit audiendum cognoſcendū decidendū ⁊ fine debito terminandū cum oībus ⁊ ſingulis ſuis emergentibus incidentibꝰ dependentibus ⁊ ꝯnexis. Quiquiō dn̄s auditoꝛ in cā et cauſis hmōi coꝛam ſe legitime intruduct̄ inter partes hincinde p̄dictas ſeu earum pꝛocuꝛes rite ⁊ debite pꝛocedens tandē ſeruatis ſeruādis et cognitis hmōi cauſe meritis ad ſuam diffinitiuā ſn̄iam pꝛoferenō pꝛoceſſit. eamqꝫ per ea que vidit ⁊ cognouit in ſcriptis tulit et pꝛomulgauit in hunc qui ſequitur modū. ⁊c. Poſt cuiuſquiō diffinitiue ſn̄ie pꝛolationem p̄fatus dn̄s nr̄ pp̄a antedicto dn̄o .n. coauditoꝛi nr̄o quandā aliam ꝯmiſſionis ſiue ſupplicatiōis cedulā per certū ſuum curſoꝛem p̄ñtari fecit hmōi ſub tenoꝛe. Dignetur ⁊c. Hmōi ſiquidem ꝯmiſſionis vigoꝛe dn̄s auditoꝛ p̄fatus oēs ⁊ ſingulos fructus redditꝰ ⁊ pꝛoueñ eccleſie ſupꝛadicte ſup qua agebatur necnon quaſcunqꝫ terras domos vineas poſſeſſiones et res alias ad eandē parrochialem eccleſiā ſiue ipius pꝛo tp̄e rectoꝛem qualitercunqꝫ ſpectañ ⁊ pertineñ auc̄te aplica ſibi in hac pte commiſſa ſequeſtrauit. Et per vos R̄ndum p̄rem dn̄m ep̄m aut in ſpūalibus uicariū ſiue officialem generalē ſequeſtrari colligi recipi ⁊ ad vſum ptis in p̄ñti cā finalem victoꝛiā obtineñ conſeruari voluit ⁊ mandauit. lr̄aſqꝫ ſequeſtratoꝝ deſuper

oportunas ⁊ necessarias in forma solita ⁊ ꝯsueta decreuit ⁊ concessit prout in se questratoriis lr̄is vobis directis latius dicitur cōtineri. Et subsequenter postq̄ dn̄s nr̄ papa cām appellatiōis pro p̄te dicti dn̄i. n. a diffinitiua sn̄ia predicta ad sedem ap̄licam tunc interpositā nobis. n. auditori p̄fato commisit audiendū co gnoscendum ⁊ decidendū cum oibus ⁊c̄. Nos eiusdez ꝯmissionis vigore in cā ⁊ causis hmōi rite ⁊ lr̄ime procedens seruatis seruandis ⁊ cognitis hmōi cause meritis ad nr̄am diffinitiuam sn̄iam proferendum processimus eamq̄ de dn̄oꝝ ⁊c̄. in scriptis tulimus ⁊ promulgamus in hec verba. Xp̄i nomine ⁊c̄. Postq̄ ve ro hmōi diffinitiua sn̄ia nulla prouocatiōe suspensa in rem transiuit iudicatā cō paruit coram nobis dn̄s. n. principaliter pro seipo citra tn̄ ⁊c̄. Et in prouidi vi ri magr̄i. n. in Ro. cu. ⁊c̄. procur̄is ad infrascripta expresse ꝯsentientis pn̄tia se questrum p̄narratum videlicet in fructibus redditibus ⁊c̄. dicte parrochialis ec clesie ut p̄mittitur appositū tolli ⁊ relaxari p nos instanter postulauit. Nos tunc . n. auditor p̄fatus attendeñ postulationem ⁊c̄. ratioñ. predictū sequestrum ⁊c̄. ap positum ac etiam oēs ⁊ singulos fructus redditus ⁊ prouen̄ eiusdem ecclesie. n penes vos R̄ndum p̄rem dn̄m ep̄m aut vr̄m vicarium siue officialem p̄dictū ip sius sequestri vigore hactenus recollectos supradicto dn̄o. n. principali uel pro cur̄i suo legitimo eius nōie tradendum et assignandū melioribus mō iure causa ⁊ forma quibus melius potuim⁹ ⁊ debuimus duximus relaxandū ⁊ tenore pn̄tiū relaxamus. ip̄mq̄ sequestrū omnino tollimus pn̄tibus ⁊ etiā amouemus. Que omnia et singula p̄missa vobis. R. patri dn̄o ep̄o. n. et vr̄o in sp̄ualibus vicario seu officiali generali oibusq̄ aliis ⁊ singulis quibus he pn̄tes nr̄e lr̄e diriguntur ⁊ eoꝝ cuilibet insolidū cōiter ⁊ diuisim intimamus insinuamus ⁊ notificam⁹ ac ad vr̄am ⁊ cuiuslibet vr̄m noticiam deducimus ⁊ deduci volumus per pn̄tes ne de p̄missis vel eoꝝ aliquo ignorantiā aliquam p̄tendere possitis aut possint im posterū seu etiam quōlibet allegare. In quoꝝ ⁊c̄

¶ De renunciatione.

¶ Renunciatio facta de parrochiali p rectorem principaliter in manibus ordinarii.

Uniuersis ⁊ singulis pn̄tes lr̄as inspecturis. Jo. dei gr̄a ep̄us. n. Salutez in dn̄o sempiternā. Noueritis qđ cum honorabilis vir dn̄s. n. rector par rochialis ecclesie sancti Martini. s. d. ecclesiam ipam quā obtinebat ex certis rōnabilibus causis ad hoc animū suum mouentibus resignare intenderet eccle siam ipam cum om̄ibus iurib⁹ ⁊ pertinentiis suis in manibus nr̄is sponte ⁊ libe re resignauit. Et nos ad ipius. n. tunc rectoris instantiā resignationem hmōi ut p̄fertur factam admisimus et tenore pn̄tis publici instr̄i admittimus. Recepto per nos ab eodez dn̄o. n. qđ in resignatione hmōi non interuenit fraus dolus sy monia seu queuis alia illicita pactio ad sancta dei euangelia corpali iuramento In quoꝝ omniū ⁊ singuloꝝ fidez ⁊ testimonium p̄missoꝝ pn̄tes lr̄as siue p̄sens publicum instr̄m exinde fieri ⁊ per notarium ⁊c̄.

¶ Renūciatio similis per procur̄em de canonicatu ⁊ p̄benda.

IN nomine dñi Amen. rc. Personaliter constitutus venerabilis vir dñs .n. canonicus pbendatus sancti Jo. n. dioc. desiderans ⁊ affectans ut dicebat eosdem canonicatū ⁊ pbendam quos in dicta ecclesia obtinet resignare eosdem canonicatum ⁊ pbendam cum omibus iuribus ⁊ pertineñ suis in manibus pfati epi per discretū viruȝ. n. clericū. n. dioc. procurem suum ad hoc ab eo specialiter cōstitutum prout de sue procurationis mandato legitimā per publicum instrm fidem fecit pure ⁊ libere ac simpliciter resignauit. Idemq; dñs epus resignationem hmōi sic ut pmittitur in manib⁹ suis factam admisit ⁊ recepit. psti to per eundem procurem nomine procuratorio quo supra qd in hmōi resignatione nō interuenit fraus dolus seu queuis alia illicita pactio ad sancta dei euāgelia iuramento corporali. rc.

¶ Renunciatio beneficii facta corā notario ⁊ testibus.

IN. N. D. a. rc. Constitutus honorabilis vir dñs. A. pbr. n. ppetuus capellanus ad altare. n. in tali ecclesia non vi dolo metu fraude nec aliqua sinistra machinatione circūuentus ex certa eius scientia libera ⁊ spontanea voluntate. etiam ut asseruit ⁊ bene deliberata voluntate oibus melioribus mō via iure cā ⁊ forma quibus potuit ⁊ debuit pfatam suā capellaniam ⁊ ius sibi quōlibet competens ad eandem p calami quem suis manibus tenebat traditōem in manibus mei notarii publici infrascripti uice ⁊ nōie collatoris aut collatoꝝ cuiuscūq; uel quorumcunq;. necnō alioꝝ aut alterius suprascriptā capellaniam ꝯferendi potestatem hñtis vel hñtium recipiētis resignauit. eidemq; capellanie atq; iuri sibi in eadem quouismō competeñ renunciauit penit⁹ et in toto. promisit nihilominus pfatus. d. resignans mihi notario publico infrascripto p fidem nōie iuramēti ab ipo corporali pstitam qd in hmōi per eū ut supra facta resignatione ⁊ renūciatione non interueniat fraus dolus symoniaca prauitas illicita pactio aut quevis alia corruptela. Requirens me infrascriptū notariū. qtñs sibi super pmissis omnibus ⁊ singulis ꝯficerem vnū uel plura publicū seu publica instrm ⁊ instra. Acta fuerunt rc. Et ita de aliis siue loquatur ordinarius siue notari⁹.

¶ De remissoriis.

¶ Instrm remissionis in tertia instantia cum facultate insolidū procedenō altero iudicum impedito.

ANthonius rc deputatus. Venerabilibus ⁊ circumspectis viris dñis. n. ⁊ n. cōiter ⁊ diuisim. Salutem in dño. rc. Mandatis rc. Noueritis qd dudum fe. re. dñs Eugenius papa quartus quandam cōmissionis sue supplicationis cedulam Reuerendo pri dño. n. tunc in humanis ageñ ipius capellano ⁊ sui sacri palacii cārum auditori per certum suum cursorem pñtari fecit huiusmodi sub tenore. Dignetur rc. In fine. rc. Cuius quidem commissiōnis vigore idem dñs. N. auditor in causa et causis huiusmōi ad Romanā curiam legitime introductis rite ⁊ legitime procedens suam diffinitiuam in huiusmōi causa pro honorabili viro dño. n. principali in supra et infra scriptis commissionibus et sentenciis principaliter nominato. et ꝯtra honorabilem virū dñm. n. exaduerso

p̄rincipalem in eiſdem ꝯmiſſionibus ⁊ ſentenciis ex aduerſo principaliter nōīa
tum tulit ſniam in hunc qui ſequit̄ modum ⁊c. Chriſti nōīe inuocato ⁊c. Qua
quidem diffinitiua ſnīa pro parte p̄fati dn̄i. n. ex aduerſo principalis ad dictum
quondam dn̄m Paulum papam. ii. ipiuſq; ſanctā ſedem aplicam in ſcriptis pro
uocato ⁊ appellato apl'iſq; petitis ⁊ obtentis cā et cauſis appellatioñ hmōi vna
cum toto negocio principali per eund̄ dn̄m Paulum quondā. D. B. tunc in hu
manis ageñ apl'ice ſedis prothonotario capellano ſuo et p̄fati ſacri palacii apl'i
ci cārum auditori vna cum oībus ⁊ ſingulis emergeñ incideñ dependeñ annex
is et ꝯnexis audienđ decidenđ cognoſcenđ fineq; debito terminanđ commiſſis
ꝑ quem in cā ⁊ cauſis hmōi inter partes p̄fatas ſeu verius eoꝝ legitimos procu
ratores rite ⁊ legitime proceſſo viſis videndis ⁊ cognitis ad plenū ipius cauſe
meritis ſua diffinitiua p̄fati dn̄i. n. auditoris ſnīe confirmatoria lata ⁊ in ſcriptis
promulgata fuit ſnīa ſub his verbis. Chriſti nōīe. A quaquiđ diffinitiua ſnīa
pro parte eiuſdem. n. principalis ad eundem dn̄m Paulum papā. ii. eiuſq; ſanc
tam ſedem aplicam in ſcriptis mō quo ſupra prouocato ⁊ appellato apl'iſq; peti
tis ⁊ obtentis idem dn̄s nr̄ papa cām ⁊ cās appellationis ⁊ appellationū antedi
ctarum. R. p. d. B. utriuſq; iuris doctori capellano ſuo nr̄o coauditori mō quo
ſupra audiendū cognoſcenđ terminanđ commiſit. Et interim eodem dn̄o Pau
lo papa ſcđo ſicut altiſſimo placuit vita functo. Et Sanctiſſimo in xp̄o patre ⁊
dn̄o dn̄o diuina prouideñ Sixto papa quarto ad ſummū apl'atus apicem aſſum
pto cauſaq; ⁊ cauſis hmōi de ipius mandato ſpeciali in ſtatu debito reſumptis.
idem. B. coauditor nr̄ vlterius hmōi cōmiſſioñ pretextu in cā ⁊ cauſis hmōi
antedictis inter partes p̄dictas ⁊ eoꝝ procur̄es rite ⁊ legitime procedens ſuam
diffinitiuam p̄fatoꝝ ſuoꝝ dn̄oꝝ. n. ⁊ b. coauditoꝝ hmōi ſniarum reuocatoriā in
ſcriptis tulit ⁊ promulgauit ſniam in hunc qui ſequit̄ modum. Xp̄i nōīe. ⁊c. A q̄
quidez diffinitiua ſnīa poſtq̄ȝ pro parte p̄fati. n. principalis ad p̄fatum dn̄m nr̄m
dn̄m papam eiuſq; ſanctā ſedem apl'icam appellatum extitit. idem dn̄s nr̄ papa
quandā ꝯmiſſionis ſiue ſupplicatōis cedulam hmōi cauſe ⁊ cārum appellatōis
⁊ appellationum R. ndo in xp̄o pr̄i ⁊ dn̄o dn̄o dei ⁊ apl'ice ſedis gr̄a ep̄o. n. locū
vnius ex ſacri palacii apl'ici cārum auditoris tenenti. per certū ipius curſorem p̄
ſentari fecit hmōi ſub tenore. Dignetur ⁊c. In fine ⁊c. Cuiꝰ vigore idem. d.
n. ep̄s ⁊ auditor in cā et cauſis hmōi ad nōnullos actus iudiciales citra tn̄ cauſe
ꝯcluſionem proceſſit. ⁊ deinde ſe a p̄dicta Ro. cu. abſn̄tando receſſit ob cuiꝰ ab
ſentiam ⁊ receſſum cā ⁊ cauſe hmōi nobis. A. de. n. auditori p̄fato per p̄fatum
dn̄m nr̄m papā cū modo ⁊ forma quibus ſupra reſumenđ audienđ cognoſcenđ
⁊ fine debito terminandū in vim generalis commiſſioñ de ipius mādato nobis
p̄ntate ꝯmiſſe erant. cuius tenor ſequitur ⁊ eſt talis. Dignetur ⁊c. Cuiꝰ ſignatu
ra ꝯtinetur ſub his verbis. De mandato ⁊c. Hmōi nanq; ꝯmiſſionis generalis
p̄textu cā ⁊ cauſis antedictis in ſtatu debito reſumptis ⁊ in eiſdem aliquali vlte
riori ꝯtinuato proceſſu nōnullis poſitionibus ⁊ articulis de et ſuper executione
violatione ſequeſtri de quo in infraſcripta ꝯmiſſione fit mentio pro parte p̄fati

dñi.n.principalis coꝛam nobis facto ⁊ in ſcriptis datis ⁊ exhibitis ⁊ per nos ad
probandũ in Ro.cu.admiſſis. Subſequenter vero idem dñs nr̃ papa quandaꝫ
aliam ꝯmiſſioñ ſiue ſupplicatioñ cedulam nobis.n.auditoꝛi p̄fato per certũ ſuũ
curſoꝛem p̃ntari fecit quã nos cũ ea qua decuit reuerentia recepimus hm̃oi ſub
tenoꝛe. Beatiſſime pr̃ ⁊c̃. Quequidem ꝯmiſſio ſub hac verboꝝ foꝛma ſignata
reperitur. De mandato ⁊c̃. Poſt cuiuſquid vltime ꝯmiſſionis ſiue ſupplicatõis
cedule p̃ntationem ⁊c̃. factas. nos ad prouidi viri magr̃i.n.in Ro.cu.cãrum et
p̄fati.n.principalis ꝓcur̃is inſtantiam prouidũ virum magr̃m.n.in eadẽ curia
cãrum ⁊ p̄fati.n.exaduerſo principalis procur̃.prout de ip̄oꝝ ⁊c̃.ad dicendũ uel
excipiendũ quicquid verbo uel in ſcriptis ꝯtra vltimam p̄inſertam ꝯmiſſioneꝫ
dicere ſiue excipere volebat.necnõ videndum ⁊ audiendũ ſupradictos poſitio
nes et arti culos.ac dictum magr̃m Jo.n.procur̃em partemqꝫ ſuã ad probandũ
eoſdem extra Ro.cu. et in ꝑtibus admitti.remiſſionemqꝫ deſuꝑ nr̃o ſub ſigillo
iuxta eiuſdem p̄tacte ꝯmiſſionis vim foꝛmã ⁊ tenoꝛem in foꝛma ſolita ⁊ ꝯſueta
per nos decerni ⁊ ꝯcedi. Vel dicendũ. ⁊ cãm ⁊c̃. allegandum per certũ dñi nr̃i
pape curſoꝛem citari mãdauimus ad certũ peremptoriũ terminũ competeñ. vi
delicet ad diẽ ⁊ hoꝛam infraſcriptos. Quibus die ⁊ hoꝛa aduenieñ ꝯparentibꝰ
iudicialiter coꝛã nobis magr̃is.n.ex vna.⁊.B. procurat̃ hincinde predict̃ no
minibus quibus ſupra procuratoꝛiis ꝑtibus exaltera. dictus quidem magr̃ Jo.
procur̃ in eiuſdem magr̃i.B. exaduerſo procur̃is p̃ntia primo memoꝛatos poſi
tiones ⁊ articulos ip̄mqꝫ magr̃m.n.procurat̃ inſtañ ⁊ peteñ et partem ſuã extra
Ro.cu. ⁊ in ꝑtibus admitti.remiſſionemqꝫ deſuꝑ nr̃o ſub ſigillo iuxta p̄narrate
vltime ꝯmiſſionis virtutem in foꝛma ſolita ⁊ ꝯſueta per nos decerni ⁊ ꝯcedi in
ſtanter poſtulauit. Nos tunc. A. auditoꝛ p̄fatus. attendeñ requiſitionem hm̃oi
foꝛe iuſtam ⁊ rõni ꝯſonam. qm̃qꝫ per ea que in hm̃oi cã producta exiſtunt de ip̄i
us cauſe meritis in Ro.cu. ad plenũ liquere nõ potuit in ſepedicti magr̃i.n.ex
aduerſo procur̃is p̃ntia iam dictos poſitiões ⁊ articulos. necnõ Jo. procur̃is in
ſtantiam ⁊ peteñ.partemqꝫ ſuã ad probandũ eoſdem extra dictam Ro.cu.et in
ꝑtibus de dñoꝛum coauditoꝝ nr̃oꝝ conſilio ⁊ aſſenſu quibus de hm̃oi cauſe me
ritis relationem fidedignã fecimus ⁊ fidelem mõ ſolito admittendũ duximus ⁊
admiſimus.remiſſionẽqꝫ deſuper in foꝛma ſolita ⁊ ꝯſueta decernenđ. Que oĩa
⁊ ſingula vobis dñis archidiaconis et officialibus iudicibus p̄dictis per dictos
hincinde procur̃es ꝯcoꝛditer electos ⁊ nõiatos ⁊ per nos de ip̄oꝝ vnanimi con
ſenſu deputat̃ intimauimus inſinuauimus. Vel ſic vobis dño.n.in ſp̃ualibꝰ vi
cario dicti dñi.n.ep̄i ⁊ in vr̃a per.xv.dies abſ̃ntia dño decano eccleſie.n.et iudi
ci ⁊ executoꝛi ad infraſcripta ꝑagenda per dictũ.P.procur̃em nõiatum ⁊ electũ
⁊ per nos ſuꝑ executione p̃ntis nr̃e remiſſionis deputato intimamꝰ inſinuamus
⁊ notificamus.ac ad vr̃am ⁊ cuiuſlibet vr̃m noticiam deducimus ⁊ deduci volu
mus per p̃ntes. Voſqꝫ dños archidiaconos ⁊ officiales iudices ⁊ ꝯmiſſarios p̄
fatos requirimꝰ ⁊ monemꝰ primo ſcđo tertio ⁊ peremptoꝛie. vobiſqꝫ nihilomi
nus in virtute ſancte obedientie ⁊ ſub infraſcriptis excõis pena quam canonica

monitione p̄missa ferimus in his scriptis si ea que vobis in hac p̱te ꝯmittimus
⁊ mandamus neglexeritis seu distuleritis aut recusaueritis ꝯtumaciter adimple
re districte p̄cipiendo mandañ. qt̃ns infra duos menses post p̄ñtationem p̄ñtiuꝫ
vobis factas immediate sequeñ. ⁊ postq̃ꝫ pro p̱te dicti. d. n. principalis desuper
vigore p̄ñtium fueritis requisiti in ciuitate. n. p̄dicta singulis dieb⁹ lune mercu
rii ⁊ veneris horis ꝯsuetis dictos mgr̃os Jo. ⁊ B. procur̃es hincinde pro loco
in quo hm̄oi remissioñ negocium expediri debeat nominat˜ ⁊ p̱ nos mō quo su
pra deputatos testes lr̃as scripturas instr̃a ⁊ munimenta quecunq̧ ⁊ qualiacunq̧
corā vobis super positōibus ⁊ articulis antedictis quos vobis vna cum interro
gatoriis pro p̱te dicti. n. exaduerso principalis dat˜ sub nr̃o sigillo transmisim⁹
inclusis producenð atq̧ producendas ⁊ producēda prudenter recipe ⁊ testes ip
sos mediis eoꝝ iuramentis iuxta ⁊ scd̃m interrogatoria p̄dicta parte aduersa for
san corā vobis exhibenda ⁊ al's iuxta discretiōem a deo vobis datam p̱ vos vel
notariū iuratum fideléq̧ legalem ad hec a vobis deputanð diligenter examinar̃
curetis. lr̃as scripturas instr̃a ⁊ munimenta transscribi dicta ⁊ depositiões testiū
fideliter in scriptis per notariū fidelem redigi faciatis. Si vero. n. ex aduerso
principalis testes dicti dñi. n. principalis reprobare voluerit. extūc testes super
hm̄oi reprobatione corā vobis producendos infra alium mensem dictos duos
menses immediate sequeñ simili mō recipiatis ipos q̧ iuxta interrogatoria corā
vobis super hm̄oi reprobatione forsan exhibenð. alioquin iuxta dictā a deo vo
bis datā prudentiam p̱ vos uel dictū notarium diligenter examinare curetis. de
positionib⁹ uero dictoꝝ testium atq̧ dictis fideliter in scriptis redactis vna cū
positionibus ⁊ articulis supradictis ac lr̃is scripturis instr̃is ⁊ munimentis siue
ipoꝝ veris transsumptis sub sigillis vr̃is inclusis ad nr̃am vel forsan interim lo
co nr̃i surroganð auditoris p̄ñtiam ad dictam Ro. cu. q̄ꝫtotius poteritis cū fide
li nuncio ad hoc in manibus vr̃is iurato transmittatis. Significañ nobis aut sur
rogando auditori p̄fato que ⁊ quanta fides ipis testibus lr̃is scripturis transsum
ptis fuerit adhibenda ac etiā dictis p̱tibus aut eoꝝ procur̃ibus peremptorium
terminū ꝯpetentem assignetis infra quē per se uel procur̃es suos ydoneos cum
oibus actis ⁊ actitatis iurib⁹ instr̃is dictis testiū et aliis munimentis cām hm̄oi
concerneñ se nr̃o aut eiusdem surroganð conspectui repñtent iustam dño dante
sn̄iam recepturi. Testes aūt qui nōiati fuerint si se odio gr̃a amore fauore uel ti
more subtraxerint p̱ censuram ecclesiasticā appellatione postposita ꝯpellatis ue
ritati testimoniū perhibere. Quod si forte vos dñi archidiaconi et officiales
n. iudices ⁊ ꝯmissarii p̄missa oia ⁊ singula prout ad vos p̱tinet et spectat non ad
impleueritis aut aliquid in ꝯtrarium feceritis ac mandatis ⁊ monitionibus nr̃is
hm̄oi ymoverius aplicis nō parueritis realiter ⁊ cū effectu. Nos in vos exnunc
prout extūc ⁊ extunc prout exnūc trium dierū canonica monitiōe p̄missa excōis
sn̄iam ferimus ⁊ etiā promulgamus in his scriptis. Diē vero p̄fixioñ vr̃e hm̄oi
atq̧ formā ⁊ quicquid in p̄missis ⁊c̃. Absolutionem vero ⁊c̃. qui p̄fatam nostrā
sn̄iam ⁊c̃. reseruamus. Volumus aūt qð si alter dictoꝝ. d. archidiaconoꝝ ⁊ offi

cialium iudicū ꝛ ꝯmissarioꝝ pro p̄missis exequen̄ personalit̄ interesse nō posset
qđ extunc alter eoꝝ constito de impedimento alterius ea nihilominus exequat̄
In quoꝝ omniū ꝛc̄. hmōi nr̄am remissionem in se continen̄ ꝛc̄. Decreta aūt fu
it hec pn̄s nr̄a remissio per nos auditorem p̄fatum Rome apud Sanctūpetrū
ꝛc̄. Seden̄. sub anno ꝛc̄

¶ Aliud instrumentū remissionis cum iudicis termini ꝛ loci
deputatione.

Petrus ꝛc̄. Venerabili viro decano ꝛc̄. Salutē noueritis ꝛc̄. Cuiusquidē
ꝯmissionis vigore nos in cā ꝛ causis hmōi in Ro. cu. ltime introductis.
inter ptes in ip̄a ꝯmissione ꝯtentas seu eoꝝ legitimos procur̄es rite ꝛ legitime
proceden̄ citra tn̄ cause ꝯclusionem. Ac nōnullis posi tōibus ꝛ articulis ad mo
dum libelli per prouidū virum magr̄m. n. in Ro. cu. cāꝛum et honorabilis viri
dn̄i. n. principalis in dicta ꝯmissione principaliter nōiati procur̄is prout etiam
p̱ legitima ꝯstat documenta manib⁹ ꝛ signis notarioꝝ publicoꝝ subscripta ꝛ si
gnata in scriptis oblatis in termino assignatis. ipisq̄ʒ positionibus ꝛ articulis in
Ro. cu. infra certū tūc exp̄ssum terminū iam vero diu effluxū per nos ad probā
dum admissis cum ptāte nihilomin⁹ eosq̄ʒ admittendū remissionemq̄ʒ desuper
decernendū extra dictā curiam nobis reseruat̄. qtn̄s visum esset expedire. Sʒ
qꝛ ex his que coram nobis producta habita ꝛ facta sunt in actis cause hmōi rep
perimus de veritate articuloꝝ ꝛ alioꝝ que deduct̄ videntur ꝛ meritis cause hu
iusmōi ad plenum nos informare nō poteramus. Idcirco ad eiusdem magri. n.
procur̄is instantiam prouidū virum. n. in dicta curia cāꝛum ꝛ. n. principalis pro
cur̄ ad videndum ꝛ audiendū supradictos. P. ꝛ. A. dictumq̄ʒ. n. procur̄em ꝛ par
tem suā ad probandū eosdem extra dictam curiā et in ptibus admitti. remissio
nemq̄ʒ ꝛc̄. Vel dicendū. ꝛ cām ꝛc̄. allegandum ꝛ proponendū. necnō ad viden
dum deputari iudicem ꝛ ꝯmissarium corā quo ꝛ locum in quo hmōi remissionis
negociū expediri debeat p̱ certos dn̄i nr̄i pape cursores successiue citari mada
uimus ꝛ fecimus ad certos successiuos terminos ꝯpetentes. in quibusquidē ter
minis ꝛ eoꝝ quolibet successiue occurrentibus. ꝯparuit coram nobis dictus. n.
procur̄ nomine quo supra procuratorio. ꝛ supradicti. n. exaduerso procur̄is non
ꝯparentis contumaciā accusauit. ip̄mq̄ʒ ꝯtumacem reputari. ꝛ in eius ꝯtumaciā
dictos positōes ꝛ articulos seq̄ʒ ꝛ dictā partem suā ad probandū eosdem extra
dictā curiam ꝛ in ptibus admitti remissionēq̄ʒ desuper decerni cū iudicis ꝛ loci
deputatōe p̱ nos instāter postulauit. Nos tūc. n. auditor dictū. n. ꝛc̄. reputauim⁹
ꝯtumacem ꝛ in ei⁹ contumaciā de coauditoꝝ nr̄oꝝ ꝯsilio ꝛ assensu sup̄dictos po
sitiones ꝛ articulos sup̄dictos. necnō. n. procur̄em ꝛ ptem suā ad probandū eos
dem extra Ro. cu. ꝛ in ptibus admittendum duximus ꝛ admisum⁹. remissionēq̄ʒ
desuper in forma solita ꝛ consueta decernendum. Et nihilominus vos dn̄m de
canum pro iudice et cōmissario coram quo et ciuitatē. n. pro loco in quo hmōi
remissio expediri debeat deputauim⁹ ꝛ deputamus per pn̄tes. Subsequēter p̄
fatus dn̄s nr̄ papa quandā aliam ꝯmissionis siue supplicatōis cedulā nobis per

vnū ex suis cursoribus pñtari fecit. quā nos etiam cū omni qua decuit reuerētia recepimus tenorē qui sequitur continen̄. Beatissime pr̄ ꝛc̄. Cuiusquidem com missionis vigore postq̄ ꝯtra eādem fuit exceptū. nos ad supradicti. n. procur̄is quo supra nōie procuratorio instantiā remissionem p̄dictam per nos ut p̄mittit̄ ad ptes decretam nr̄o sub sigillo impenden̄ expediendum in dicti. n. exaduerso procur̄is p̄ntia iuxta diem vltime ꝯmissionis vim formā ꝛ tenorem decreuim⁹ ꝛ decernim⁹ p p̄ntes. Que oīa ꝛ singl'a vobis dn̄o decano intimam⁹ ꝛc̄. p p̄ntes vosq̄ dn̄m decanū requirimus ꝛ monem⁹ p̄mo scdo tertio vobisq̄ ꝛ p ēptorie. n. in virtute sancte obedien̄. ꝛ sub excōis pena quā in vos in his scriptis trina tam canonica monitione p̄missa ferimus ꝛc̄. adimpleueritis districte p̄cipiendo mā damus. qtn̄s infra sex dierū spacium post p̄ntationem seu notificatōem p̄ntium vobis factam. ꝛ postq̄ pro pte dicti. n. principalis sup hoc vigore p̄ntium fueri tis requisiti immediate sequen̄. quoꝝ sex dierum duos pro primo ꝛc̄. assignam⁹ oēs ꝛ singulos testes lr̄as scripturas instr̄a ꝛ munimenta ac alia queuis probatio num genera quas ꝛ que pro pte dicti. n. principalis produci ꝯtigerit de ꝛ super positionibus ꝛ articulis quos nr̄o sub sigillo vobis trāsmittimus inclusos infra tres menses post p̄ntationem seu notificationem p̄ntium vobis factas immedi ate sequen̄ in dicta ciuitate cū vos in loco singulariter deputato pro tribunali se dere ꝯtigerit. ipsosq̄ testes iuxta interragatoria que data sunt. alioquin iuxta pru dentiam vr̄am vobis a deo collatā ꝛ ꝯcessam diligenter examinetis. aut per no tarium publicū qui de legalitate aut fidelitate sua. corpale prestet iuramentū di ligenter examinari faciatis ipoꝝq̄ testium attestationes dicta necnon lr̄as scrip turas instr̄a ac iura ꝛ munimenta trāscribi faciatis. Si vero altera ptium testes ex aduerso productos reprobare voluerit extūc testes ipos super reprobatione hmōi infra duos mēses immediate sequen̄ recipiatis iuxta interrogatoria sique ps aduersa dederit. alioquin iuxta discretiōem a deo vobis donatā diligenter p vos uel aliū notarium examinari faciatis ꝛc̄.

¶ Remissoria cum p̄fixione termini de ꝯsensu procur̄is.

IOhannes ꝛc̄. deputatus. Venerabili ꝛ circūspecto decano iudici ꝛ cōmissa rio per nos specialiter subdeputato. Salutem ꝛc̄. Hmōi nanq̄ cōmissionis vigore per nos in cā ꝛ causis hmōi inter partes in ipa ꝯmissione ꝯtentas seu ea rum legitimos procur̄es rite ꝛ legitime citra tn̄ ipius cause ꝯclusionē processo Tandem ꝯparentibus in iudicio corā nobis prouidis ꝛc̄. n. ex vna ꝛ. n. ex altera ꝛc̄. prout de ipoꝝ procuratoꝝ hincinde procurationum mandatis in actis cause hmōi sufficienter est edoctū idem magr̄. n. procur̄ nōie quo supra procuratorio positiones ꝛ articulos in hmōi cā datos. seq̄ ꝛ partem suā ꝛc̄. decerni in sup̄dic ti. n. procurat̄ exaduerso p̄ntia per nos ꝛc̄. postulauit. Nos dictos positiōes et articulos dictumq̄ procur̄em ꝛ partē suam supradictā. n. ex aduerso procurat̄ p̄ sente ꝛ id exp̄sse consentiente ad probandū extra dictam Ro. cu. ꝛ in ptibus ad mittendū duximus ꝛ admisimus. remissionemq̄ desup in forma solita ꝛ cōsueta decernendo. Subsequenter uero p̄fatus dn̄s nr̄ papa quandam ꝛc̄. Cuiusquidē

ꝛc. Nos ad supradicti. n. instātiam ꝑdictam ꝑ nos ut ꝑmittitur ad ꝑtes decretā
sub nr̄o sigillo impendeñ expediendum in pñtia dicti. n. exaduerso procur̄is iux
ta dict⁹ per pñtes. Que oīa ꝛ singula vobis dño decano iudici et ꝯmissario ꝑ di
ctos procur̄es ꝯcorditer electo ꝛ nōiato intimam⁹ ꝛc. vosq3 dñm. ꝛc Quosquid
menses dies ꝛ horas eisdez procur̄ibus instañ ꝛ expresse cōsentientibus eoꝝq3
partibus hincinde pro termino infra quem ꝑfigenduz duximus ꝛ prefiximus te
stes lr̄as scripturas iura munimenta ꝛc

¶ Remissoria cum clausula qñ vnus ex iudicibus expectatus
infra tempus nō venerit alius procedat.

TEstes aūt qui ꝛc. prohibere. Ceterū volumus prout etiā per dictos pro
cur̄es ꝯcorditer fuit actum qđ postq3 facta pñtatione pñtium vos dñe ab
bas iudex ꝛ cōmissarius pro parte dicti dñi. n. principalis ad procedendū in hu
iusmōi nr̄e remissionis negocio fueritis legitime requisitus. extunc facta intima
tione dicto dño officiali collége vr̄o. qtn̄s infra tres dies immediate sequeñ. ad
dictum monasteriū. n. pro loco expeditioñ remissioñ hmōi deputatum acceder̄
debeat vna vobiscū ad dictaz remissionem ut ꝑmittitur expediendū. Alioquin
ip̄o per vnū diem dictos tres dies immediate sequentes expectato extunc inan
tea solus ad expeditionem ip̄ius abñtia minime obstañ procedatis. Quod si
forte vos dñi. n. abbas ꝛ officiales iudices ꝛ ꝯmissarii ꝑmissa ꝛc.

¶ Remissoria qñ fuit in partibus processum.

IOhannes ꝛc. specialiter deputatus. Venerabili et circūspecto viro dño. n.
in spūalibus vicario Reuerendi in xp̄o pr̄is et dñi dñi. n. dei et ap̄lice sedis
gr̄a ep̄i. n. Salutem in dño ꝛ in commissioñ diligentiam debitam adhibere no
strisq3 hmōi ymo uerius ap̄licis firmiter obedire mandatis. Noueritis q̄ dudū
extra Ro. cu. ꝛ in partibus coram uenerabili viro dño. n. decretoꝝ doctore ꝛ iu
dice in spiritualibus inter venerabilem virū dñm Nicolaum. n. dioc. ex vna. et
dñm auditorem de ꝛ super tertia parte reddituū ꝛ prouentuum ꝑpositure ecclie
n. ꝑdicte. Necnō quodaz sequestro dicto dño Nicolao desuꝑ per ꝑfatum dñm
auditorem iudicem facto. rebusq3 aliis in actis cause hmōi designatis ꝛ eoꝝ oc
casione partibus ex altera aucte ordinaria exorta materia questionis. dictus dñs
auditor iudex in causa ꝛ causis hmōi inter partes ꝑdictas seu earū procur̄es pro
cedens. suam per quā dictum sequestrū per ip̄m per iura coram eo pro dicto. n
producta nō fuisse nec esse reuocandū neq3 tollendum seu permanendū donec
ꝛ quousq3 de iurib⁹ ip̄arum partium ordinario iure ꝛ iudicio discussum fuerit re
seruando ius dictis ꝑtibus agendi inter alia declarauit sn̄iam ꝛ promulgauit. A
quaquidem sn̄ia pro parte dicti dñi. n. ad Reuerendissimū in xp̄o pr̄em et dñm
dñm. n. tituli sancte Susanne sacrosancte Romane ecclesie pbr̄m cardinalem
in prouincia M. archie predicte ap̄lice sedis legatum. ac omnē alium iudicem
cōpetentem in scriptis prouocato ꝛ appellato. ap̄lisq3 petitis et obtentis. idem
dñs legatus cām appellationis hmōi vna cum toto negocio principali videl3
super ꝑbenda cum tertia ꝑte fructuū dicte ecclesie Reuerendo in xp̄o patri et

dño dño. M. dicta grã epo. n. locũtenenti ꝛ thesaurario prouincie M archiep̄ dicte quarundã desuper sibi factꝭ ꝛ pñtatarum ꝯmissionum virtute audiendũ et terminandum ꝯmisit. Quiquidem dñs epus. n. in vim commissioñ hmõi in cã ipa ac inter ptes p̄dictas seu eoꝝ procuões procedens suam sniam diffinitiuam per quã in effectu per p̄dictum dñm auditorez iudicem bñ fuisse iudicatũ ꝛ sen tenciatum ꝛ male per supradictũ dñm. n. appellatũ. necnõ dictum dñm. n. fuisse ꝛ esse verũ canonicum et prebeñ dicte ecclie sancti. n. pro tertia pte oim reddi tuum ꝛ prouentuũ eiusdem ecclesie declarauit. ac eidem dño. n. perpetuũ silen tium ne de cetero dictꝭ. n. molestet imposuit et in scriptis promulgauit sniam. Cumq3 ab hmõi snia diffinitiua pro pte dicti dñi. n. ad se. re. Calixtũ papã. iii. suamq3 sedem aplicam in scriptis prouocatꝭ ꝛ appellatꝭ apliq3 petiti ꝛ reueren ter obtenti fuissent. idem Calixtus papa tertius quandã ꝯmissioñ siue supplica tionis cedulã R̃ndo in xp̄o pr̃i ꝛ dño. d. n. utriusq3 iuris doctori dicta ꝛc̃.

Instr̃m remissionis ad cancellariam.

M. N. D. a. Anno ꝛc̃. Cõstitutus dñs. n. vna cũ venerabili viro dño. n. ab bate in ecclesia. n. suo in hac pte collega ꝛ cõiudice iudex ꝛ cõmissarius cau se ac partibus infrascriptis ab eodem dño. n. papa specialiter deputatus. prop ter ipius dñi abbatis siue college ꝛ cõiudicis a Ro. cu. abñtiam ꝛ ex aliis certis causis animũ suuz ad hoc mouentibus oẽs ꝛ singulas cãm ꝛ cãs inter honorabi les viros dños. n. ex vna ꝛ. n. ꝛc̃. dioc. de ꝛ super ꝛc̃. et eius occasioñ partib9 ex altera coram eisdẽ dñis. n. ꝛ. n. abbate iudicibus ꝛ ꝯmissariis ad Sanctissimuz in xp̄o pr̃em ꝛ dñm. n. dñm Paulum diuina prouideñ papam secundũ eiusq3 cã cellariam aplicam indecisis pendeñ remittendũ duxit atq3 remisit habuitq3 et hr̃e voluit easdem pro remissis. Super quibus ꝛc̃

De Rescriptione.

Rescriptio ad curiã super remissoria p̱ iudicem eiusdem.

IOhannes ꝛc̃. iudex ꝛ cõmissarius ac executor ad infrascripta vna cum certo modo in hac parte collega. cũ illa clausula. vos ꝛ vr̃m quemlibet insolidum ꝛc̃. auc̃te aplica specialiter deputatus. Venerabili et circũspecto viro dño. n. vtri usq3 iuris doctori canonico ecclesie. n. dñi nr̃i pape capellano. ac ipius sacri pa lacii aplici cãrum causeq3 ꝛ causis ac ptibus infrascriptis ab eodem dño nr̃o pa pa auditori specialiter deputato. Salutem in dño cum debita ꝛ aplicoꝝ mãda torum obedientia. Noueritis qd̃ pñtatis nobis nuper ꝛ p̱ nos ut decuit reueren ter receptis nonnullis remissioñ lr̃is pro pte honorabilis viri. n. principalis in quadam cã verteñ coram vobis inter eundem. n. ex vna ꝛ. n. de et sup̱ nõnullis n. ac aliis rebus in actis cause latius exp̄ssis ꝛ designatis. ac ipoꝝ occasioñ parti bus ex altera p̱ nos pridem sub datꝭ Rome apud Sanctumpetrũ ꝛc̃. Pone datꝭ remissioñ. atq3 sigillo vr̃o cere rubee imp̄sso in cordula rubea pendeñ. ut prima facie apparuit sigillatꝭ. ꝛ per discretũ virum magr̃m. n. clericũ. n. dioc. publicũ aplica auc̃te notarium vr̃mq3 et hmõi cause coram vobis scribã ut similiter ap paruit subscriptꝭ ꝛ signatꝭ. vna cum quodam rotulo pergameneo eisdem lr̃is ap

penso. Nos Johannes.n.iudex ⁊ cōmissarius prefatus volentes vr̃is huiusmo
di ymo uerius aplicis mandatis iuxta earundem vr̃arum lr̃arum vim formā ꝯti
nentiam ⁊ tenorem reuerenter ut tenemur in hac parte obedire ad earūdem lra
rum ⁊ in eis contentoꝝ executionem omnesqꝫ alios ⁊ singulos actus in huiusmōi
remissionis negocio necessarios et oportunos inquantū potuimus successiue si
cut nobis expedire rationiqꝫ cōsonum videbatur rite ⁊ legitime procedendum
duximus ⁊ processimus ac fecim⁹ procediqꝫ ⁊ fieri mandauimus. ac factū actuꝫ
⁊ processum extitit. prout ⁊ quemadmodū in processu ⁊ actis atqꝫ dictis ⁊ depo
sitionibus testiū pro parte dicti.n. ꝑncipalis in huiusmōi remissionis negocio
productoꝝ receptoꝝ admissoꝝ ⁊ in forma iuris in manibus nr̃is iuratoꝝ ac per
notarium super positōibus ac articulis ac interrogatoriis coram nobis datis in
rotulo antedicto inclusis examinatoꝝ quos quas et que vna cum lr̃is remissionū
⁊ rotulo vr̃is per discretum virum dn̄m magr̃m.n.notarium publicū ⁊ huiusmo
di remissionū negocii coram nobis scribam iuratū ⁊ nobis in his adiunctum sub
scriptum atqꝫ signatū. necnō proprii nr̃i sigilli appensionū sigillatum vobis per
discretū virum dn̄m.n.clericū.n.dioc. nunciū siue portitorem al's per vos nūc
⁊ per nos ad hec deputatū. atqꝫ in manibus nr̃is iuratum clausum transmittim⁹
ꝑntandum plenius ꝯtinetur ⁊ habetur. Quibusquidem processu ⁊ actis testiūqꝫ
dictis ⁊ depositiōibus antedictis fideliter ac in scriptis redactis fidem plenari
am ⁊ indubitatā in iudicio ⁊ extra ac al's vbilibet adhibendū fore volumus ⁊ de
cernimus. Que oīa ⁊ singula vobis dn̄is.n. auditori oīnibusqꝫ aliis ⁊ singulis
quoꝝ interest intererit aut interesse poterit quōlibet in futurum intimamus insi
nuamus notificamus. ac ad vr̃am ⁊ cuiuslibet vr̃m noticiam deducimus ⁊ dedu
ci volum⁹ per ꝑn̄tes. In quoꝝ omniū et singuloꝝ fidem ⁊ testimoniū premisso
rum ꝑn̄tes lr̃as siue ꝑn̄s publicum instrm̄ exinde fieri et ꝑ notarium publicū no
strumqꝫ infrascriptū subscribi ⁊ publicari mandauim⁹. nr̃iqꝫ sigilli proprii appē
sione iussimus ⁊ fecimus ꝯmuniri. Dat. ⁊ act. ⁊c.

¶ De Reuocatione.

¶ Reuocatio procuratoꝝ ⁊ constitutio ad idem.

Constitutus.n. rector parrochialis ecclesie.n.dioc. certis de causis ad id animū suum mouentib⁹ bene auisatus ex eius certa scia ⁊ spontanea volū tate ac deliberato proposito oibus melioribus mō via ⁊c. oēs ⁊ singulos per eū ad oīa ⁊ singula sua negocia seu ad talia ⁊ talia infrascripta solū ⁊ dumtaxat ha ctenus qualitercūqꝫ constitut⁹ procuratorē. ac ab eis uel eoꝝ altero substitutos et substituen̄ specialiter et exp̄sse reuocauit. ac tenore ꝑn̄tis publici instri reuocat. omnēqꝫ potestatem eis aut eoꝝ alteri qualitercunqꝫ datam seu attributā ab ipis ⁊ eoꝝ quolibet abstulit prout aufert speciali adiecta protestatiōe. qō siquid per eos aut eoꝝ alterum in et circa dicta sua negocia infrascripta dūtaxat suo nōine fieri ꝯtigerit illud sic prout esse voluit nulli⁹ roboris uel momēti. Et nihilomi nus eisdem mō via iure cā ⁊ forma ⁊c. ꝯstituit ⁊c. ad ipius dn̄i cōstituentis nōie ⁊ pro eo dictā suam reuocatōem. procuribus ꝑ eum al's constitutis ac substitutis

